2 dariam: nec posset insurgere incõueniens qõ prolixius vitẽ fit secundaria q̃ primitiua. tene menti. ℭ Ibi. an ex actione hereditarius. ꝛ hoc est verum vt patet. ſ. in fin. ℭ † Ibi. cum eis. scz ꝑmissoribus. patet ergo ex litera cum hereditate iacente nullum posse esse iudicium caueant ergo habẽtes instrumẽta guarentigie vt non petant executioni mandari hereditate iacente: qr omnis processus erit nullus ipso iure. petant ergo dari curatorem bonis ꝛ cum illo litigent lz aũt hereditate iacente non inchoet pscriptio contra eam. tñ bñ continuat inchoata viuo defuncto: qm̃ ꝓpter morẽ credito ris alterari non debet obligationis natura atq̃ conditio in preiudicium rei. d. l. si seruus. ℭ Glo. magna. ibi. ſolutio. ibi. speciale. hanc reprehendit Ja. de are. dicens qõ de tali stipulatione. l. illa nõ loquit. Et vide. C. de tempo. in integrũ resti. l. ea que. in fi. ℭ Glo. ea. ibi. vel hic. heredi. hãc approbat bar. ꝛ sic sub diminutione ptransit ꝛ est bona: qr q̃ stipulat heredi futuro sub conditione stipulari itelligit. l. iterdum. ℨ. pe. ℨ. ti. ℎ. ibi casus. ꝛ ideo ante conditionis existentiã pscriptio nõ currit que existit demum hereditate adita. ℭ Glo. eo. ibi. vel ſol. vt ibi. ℨ. quod ibi seruus fuit stipulatus ex causa ꝓ qua habebat legitimam ꝑsonam sistendi in iudicio: vnde poterat agi cum effectu contra obligatum etiam hereditate iacẽte. ꝛ iste intellectus est optimus: sed diuinat. Si autẽ teneas intellectum meum nulli diuinationi locus est.

Seruus cõmunis. Seruus cõis plurium emẽdo vel stipulãdo ab extero simplr ex re ad alium ptinẽte acquirit omnibus: lz sit aliud in seruo fructuario plurium, in eis enim hoc iuris est: qua ratione naturali ꝛ equa totum acquiritur fructuario ex cuius re stipulatus est: ex quo fructuario portio acquiri nõ potest. ſ. si alienus. ℨ. eo. sed de mero rigore acquiritur propor
tio illi fructuario ex cuius re stipulatus est: residuum vero dño vt dixi in dicta. l. si alienus.

1 ☞ Seruus hereditarius nec pure nec sub cõditione stipulat vtiliter vsumfructum: sed bene ei legatur vtiliter.

2 Hereditas representat vicem defuncti in omnibus casibus preterq̃ in exercitio.

Usufructus. † Breuiter. h. d. hec lex pulchra ꝛ nota. Seruus hereditarius nec pure nec sub cõditiõe stipulat vtiliter vsumfructum: sed bene ei legat
1 vtiliter. h. d. Et intelligo hanc. l. quãdo seruus hereditarius stipulatur vsumfructum pure aut sub conditione simpliciter aut sibi: secus si stipulatus faisset heredi futuro hic expresse. nam hec stipulatio conditionẽ habet si ille heres erit. interdum. ℨ. pe. de verbo. obliga. cum igitur vsufructus ꝑmitti possit ꝛ constitui pure sub conditione ꝛ in diem: ergo hec stipulatio hoc modo concepta tenebit. nam ille cuius nomine stipulatio est concepta capax vsusfructus est: vt patebit ex. ſ. dicendis. ℭ In tex. ibi fine persona ꝫstituente. et eius cui constituetur. vnde duplex persona requiritur: actiua ꝛ passiua. ꝛ hinc descendit ratio quare dies vsusfructus legati non cedit: nisi post aditam hereditatem legãtis: quia nemo est ante qui vsumfructum constituere possit. Similiter si legatur seruo hereditario non cedit dies anteq̃ adeat hereditas de qua seruus est: eo quod ante eam aditaz nemo est cui vsusfructus possit constitui. ꝛ qõ aditio vtriusq̃ hereditatis requirat est casus in. l. cum ita. ℨ. i. quando dies leg. ced. ℭ Ibi. inutiliter vsusfruc. stipu. sez pure. Idem tamen ꝛ si sub cõditione: vt. ſ. ver. quid ergo. ℭ Ibi. nõ cedit statiz. dicit glo. sed post aditam hereditatem legantis ꝛ bene. C. de cadu. tollen. ℨ. in nouissimo. ℨ. quãdo di. vsusfru. le. ced. l. vna. rationem autem dixi. ℨ. ℭ Ibi. suspendi nõ potest. no. bene quod valor ex substantia dispositionis pure non potest pendere. fic. ſ. eo. l. si seruus cõmunis ita stipuletur. effectus au
a tem resultantes ex dispositione quantũcunq̃ pura optime in pendenti esse possunt. l. si seruus cõmunis meuñ. ℨ. fi. ℨ. e. vbi est melior glo. que sit in iure. sic intelligitur. l. vltima. cõmunia predi. que videtur huic cõtraria de verbo ad verbũ. nam ibi dicit volũtates vltimas nõ pendere. hic dicit oppositum. sed fol. qõ postq̃ cedit dies legati minus pẽdere põt vltima voluntas q̃ dispositio inter viuos: vt ibi. sed antequã cedat dies legati plus pendere potest vltima voluntas q̃ dispositio inter viuos: vt hic. Secundo ob. quia ibi dicit dispositionem inter viuos pendere: hic dicit nõ pendere. sed solu. vt. ℨ. dixi. ℭ Glo. stipulat. ibi. l. hereditas. ꝛ. ſ. tit. i. l. mortuo. ℭ Glo. e. ibi. quia nec satisdare hereditas potest imo potest per curatorẽ suum: nec etiam satisdatio est de substantia ſm Bar. hic. ꝛ bene dicẽtem † quod nullus casus est in quo hereditas non representet vicẽ defuncti et bene. hec tamẽ representatio in his in quibus requiritur hominis exercitiũ non est sufficiens: vt patet per exemplum hic. ꝛ. ℨ. l. ꝓxi. Et hic assignat Bar. rationem quare seruus hereditarius vsumfructum non stipulatur. Tu adde aliam clariorem: quia capacitas ꝛ incapacitas serui hereditarij stipulantis vel aliter acqrentis inter viuos consideratur ſm capacitatem ꝛ incapacitatem defuncti. l. in eo. in fi. de acquir. re. do. non autem heredis futuri: cuius personam hereditas nullatenus representat. de acqui. re. do. l. hereditas enim. cum igitur consideratus statu presenti defunctus nõ sit capax vsusfructus: nec hereditas eum representans, quia eavti non potest: ergo stipulatio nulla: vt hic. ꝛ. l. hereditas in multis. in prin. ꝛ. ſ. fi. de acquir. re. do. Et ex hoc pz rõ quare si stipulat expressim heredi futuro vz: q̃ postq̃ heres est facit stipulatio directo trãsitũ in heredem non aũt per medium hereditatis. tene menti.

Si ex re. Si ex re dñi seruꝰ dño aut fructuario stipulat fructuariꝰ estad
a iecẽ, ꝛ ei solui põt vt adiecto. h. d. nec obstat. ℨ. eo. item si seruus. cum sequenti. vbi propter alternationem stipulatio est inutilis: quia ibi vtriq̃ acquiri poterit hic autem non. ℭ Glo. i. in fin. istud est falsum: quia nulla est incertitudo cum fructuario queri non possit ex re domini sed solum ex opera sua vel ex re fructuarij. ℨ. eo. l. seruus fructuarij. ꝛ. l. i. ℨ. penul. Et ideo hec stipulatio valet et fructuarius est adiectus: vt patet in litera.

Seruus cõmunis. Seruꝰ cõmunis plurũ stipulando sibi vel simpliciter etiam ex re vnius omnibus acquirit: sed illi ex cuius re stipulatio fit dz restitui. hoc dicit. ℭ Ibi. stipulatus esset. sibi vel imperſonaliter: nam si fuisset stipulatus nominatim: illi soli acquireret: vt. ſ. eod. ℨ. sicuti. ℭ Ibi.

ℭ Incipit ꝓscriptio. adde in materia qñ cõtra hereditatẽ iacentem currat ꝓscriptio. per Felyn. in. c. de quarta. in. vj. col. de prescri. ꝛ alex. consil. cxxvj. in. ℎ. volu.

Universidad de Deusto Biblioteca

eōi diui.qñ est societas incidens solum ꝓpter cōmunionem rei. ¶ Ibi.aut societatis indicio.quādo est societas cōuentionalis:vt.l.vt sit.ɀ.l.seq.ff.ꝓo so.

Si ipsi domini. niā seruo cōi dare stipulati sint:duo rei credēdi sunt.h.d. ¶ Ibi.stipulāti hec actio. vt sint duo rei.Ja.de ra.ɀ eo modo itelligit tex.l.sequētis:q̄ apertius.h.d.Et idē tz Cy.in aut.hoc ita.C. de duo.re. Idē Ray.hic ɀ in.l.seq.sed Bar.in hęret opi.glo.aut.hoc ita.qđ verbū eandē inducat cōstitutionē duoꝝ reoꝝ absq; alio adiūcto p hunc tex.ɀ.l.seq.de quo per eū in.l.ij.ff.ff.ti.j. sed istud tui non dixi quia dubitabam ɀ dubito.

Sicuti uni. seruus communis uni dominorū acquirere potest si vult eum nominando.h.d.

1 ☞ Vestibus lugubribus olim tota familia induebat̄ sum ptu heredis.

2 Vestes lugubres tradite vxori tempore luctus mariti inputantur heredi:ɀ non in summa dotis sue.

3 Vestes lugubres portande sunt p familiā defuncti p nouem dies:ɀ vxor per annum.nisi sit alia regionis consuetudo.

a ¶ Nominationē. Addō an noiatio ꝓbet quez esse talē q̄lis noīat.vide in.c.bone.el.i. de elec.tex. in.c.si oēs.ij.q.vij. gl.in c.michael.ō filijs ꝑbr.Jo.an.in.c. cum secunduz.de ꝓben.

Quesitum. Heredi futuro sub expſſiōe huius appellatiui nois seruus hereditarius stipulari pōt.h.d.ɀ stipulabit ēt vsumfructū.l. vsusfructus.ff.eo.ɀ ibi dixi rōnē que poāt hac.l. ¶ Glo.fi.ibi.vel ꝯcōuertę.hec vera:ɀ tunc bñ ꝓbat ꝓximū dictū qđ seruus heredi tarius stipulari pōt heredi futuro:quia nō stipulāt extraneo: imo dño:cū q̄cūq; adiens retro fingāt dñs serui stipulātis.

1 ¶ Glo.e.ibi.tā heres q̄ eius fami.† No.qđ ttpe ſſoz. videbat esse in vsu necessario qđ tota familia defuncti iret idu ta veste lugubri.ɀ iste sumptus vestiū appellāt sumptus funeris:vt in fi.gl.ɀ idco ptinet ad heredis onus. † Et ex hoc cōsului pluries qđ vestimēta vidualia tradita vxori tpe luctus ɀ funeris mariti iputant heredi:nō i summa dotis sue.

2 facit optime.C.de ifa.l.decreto. † Hec autē vestimēta lugubria familia defuncti ferre dz p dies.ix.q̄ p totidem lugendum:ɀ ideo nō vocant in ius:vt patet in ꝓin.glo.qđ intelligas:nisi sit alia consuetudo regionis.vxor autem lugere debet per annum:ɀ iste annus appellatur tēpus luctus:ɀ ideo per annum debet dicta vestimenta deferre:postea nō tenetur sibi audi:nisi sit alia regionis consuetudo.

Si seruus cōmunis. Seruus cōmunis eādem pecuniā suis dñis stipulādo duos reos credendi cōstituit.hoc dicit.hoc declara vt dixi.s.eo.l.ꝓxi.ff.si ipsi.

1

Seruus alienus. Ibi nō acquirit dño nisi dominus iussit.nam tunc per nouationem factā de alio dño iubenti preiudicare nō potest.l.si duo.C. per quas personas.que assignatur ꝓ contraria.

Si usufructus. Seruus fructuarius vel bona fide possessus stipulando simpliciter acquirit dño ɀ nō illis extra rem eorum ɀ operā suā,sed si eisdē nominatum stipulatus est:stipulatio est inutilis.h.d.Et con cor.cum.l.s.ꝓximo precedenti.

2

Si cum duorum. Seruus fructuarius duoꝝ iuni stipulādo noīatim ex re cōi illi soli acquirit solidū sed cū socio cōicare tenet.h.d.ſm verū intellectū. Aliꝭ aūt dicūt q̄ nolato nō acquirit nisi solū ꝓ parte ɀ residuū acquiritur dño:ɀ illā partē cōicare tenet cū socio ɀ dñs tenetur partem sibi quesitā refundere.Et ista fuit sententia Azo.tene primā que ipsa veritas:vt patet ex litera. ¶ Glo.i.ꝓ parte acquirit dño.hoc est falsum:q̄ sicut quando vnus est fructuarius seruus stipulando ex re illius illi solum acquirit totū ɀ nō dño:ita ɀ cum est seruus fructuarius plurium stipulando sibi vel impersonaliter ex re eorū cōiter omnibus acquirit:quia eadē est ratio. ¶ Glo.i.ibi.vel ibi ex re.hec vera:ɀ tūc sumus in indissolubili ɀtrario.l.si alienus ff.e.quo casu dic qđ de naturali ratione ɀ equa illi soli acquirtur ex cuius re stipulatus est.Sed attento rigore acquirit solum eidem portio:reliqua vero acquiritur dño quam restituere tenet:vt dixi in.d.l.si alienus.dic vt ibi. ¶ Glo.ead.ibi. vel dices.hec est falsa vt dixi in ꝓin. ¶ Glo.ea.ibi.dic ergo. hec vera. ¶ Gl.iuris.ibi.vel ſm Jo.hec vera ɀ sine scrupulo. ¶ Glo.ead.ibi.licet vtilitas percipiendi.Et dixit hic Ray. sumi cautelam duoꝝ fratrum habentiū feudum vel emphyteosim cōmunem ɀ diuidēdo caderent ab vtroq; vt diuidāt fructuū perceptionem ɀ sant secuti.sic.ff.fami.herc.l.lucius ɀ.ff.cōi diuid.ff.si de vsufructu. ¶ Glo.e.ibi.ɀ silr. ꝓ hoc q̄ in habentibus magnam simlitudinem de facili sit trāsitus. ff. de acce.an inutilis.ff.si acceptulato.de bon.pos.l.iij.ff.fin.et l.seq. ¶ Glo.ea.ibi.potest tali fruc.tu dic posse ex re cōmuni fructuarij vtriusq; ɀ ita loquitur hec lex.nam res cōmunis iudicatur interdum tota respectu cuiuslibet sociorum.ff.si ex noxa.caū.aga.l.iij.ff.de verb.sig.l.pupillus.ff.ff.plene no.in.l. serui electione.de lega.i.ɀ ibi per Bar.nō ergo intelligas qđ ex re solida alterius confructuarij alteri fructuario queri potest:quia falsum est.

1 ☞ Nominatis ɀ iussus an differant:ɀ an nominatio probat quem esse talem qualis nominatur.

Si liber homo. Liber hō bona fide possessus stipulando ab extero extra rem eius ɀ operā suā acquirit sibi:sed seruus alienus bona fide possessus acqrit dño.h.d.Et semper intellige extra rem ɀ operam vt dixi in libero. Et semp intellige in vtroq; qđ stipulatus fuit simplr aut sibi.nam si fuisset stipulatus possessori nominatim non quesisset ei nec dño vero:quia acquirere noluit:ɀ cessat omne cōtrarium.† Et sic patet qđ hoc casu est differētia inter noiationē ɀ inssum.nam seruus noiatim alteri stipulatus cui nō potest:nec illi nec domino querit.ff.eod.l. seruus alienus.cum sequenti.ɀ tamen stipulatus iussu possessoris extra rem ɀ operam possessori,nō querit sed domio. ɀ ratio est:q̄ cuz stipulatio fuerit cōcepta simplr videtur stipulari omni cui potest:sed dño potest:ergo illi acquirit.possessori nō potest:ergo sibi nō querit. ¶ In tex.ibi.ex re alterius,scz exeranet:ɀ cessat cōtrarium. Ibi.vero dño nō autem possessori iubenti cum sit extra rem ɀ operam.

1 a

Si duo. Si iussus vnius reoꝝ credēdi seruus fructuarius vel bona fide possessus stipulat soli iubenti acqrit.h.d.ratio est in ꝓmptu:q̄ cuilibet eorum obligatio erat insolidum.vnde licet potuerit acquiri cuilibet:tamē iussus precedens idem operat quod nominatio vt soli iubenti queratur:ɀ nihil obstat.

1 ☞ Heres suus ɀ necessarius iuste potest ignorare descripta in testamento patris.

2 Ignorantia codicillorum presumitur in suo ɀ extraneo.

3 Possessio acquiritur facilius per concurrentiam animoꝝ tradentis ɀ accipientis.

r **Si seruus testamento.** Liber homo stat⁹ sui ignorās male fidei possessori nihil querit.h.d.sic.ff.eo.l.seru⁹ me⁹. ¶ † Et no.hereaem iuste ignorare posse ea q̄ sunt in testamēto descripta.ɀ est verū in suo ɀ necessario:vt hic.ɀ.ff. si cer.peta.l. eius q̄ ꝓincia.extraneus autē ignorare nō pōt : cum nō ni si apertis tabulis heres possit existere.p aperturam enim sibi innotescit an sit heres:qualiter:ꝓ qua pte:ɀ q̄ est heres volens nō autē inuitus. † Ignorantiā autē codicillorum tam suus quā extraneus probabiliter pretendit:vt.l. nō est ferendus.ff.de transac.Et propterea consilium est quod cuz transigitur super questionibus ex testamēto dependētibus semp apponantur illa verba.visis inspectis ɀ cognitis veribis testamenti.l.de his.de transac.ff.quēadmodum te.ape.l. j.Ibi.cum se liberum factum.per additionem heredis.ibi.sciuerunt:scilicet heredes.secus ergo si ignorauerunt:vt in verbis.l.ꝓxi.Ibi.ab eis:scz causa. Sed si habes ab eo hec interlineatio non stat.Ibi.estimo consentit.circa bonā fidē. sed in superiori dissentit:ɀ hoc est quod sequitur. ¶ Glo.fin. ibi.l.qui sit.ff.si.Idem quod hic tenet gl.ibi.ɀ in.l.j.C. de rei vendi.contrarium tenet Bar.Ibi quod etiam in seruo et in libero inspiciantur singula momenta. In hoc autem sit differentia:quia quod acquiritur per seruum mala fide possessum acquisitionis tempore acquiratur eidem male fidei possessori:sed teneatur restituere vero domino.l.bone fidei.de acquiren.rerum do.ɀ.l.qui sit.ff.si.hic alleg. ¶ Glo.eadem.ibi. l.quod in do.in.ff. si venditorem . ɀ melius eodem titu.l.j.in ꝓin. ¶ † In gl.que incipit.secus si alius:scilicet quod ꝓpter concurrentiam animorum tradentis ɀ accipientis facilius possessio acquiratur.

Seruus hereditarius. Ibi ɀ heredi futuro:scz sub appellatiuo noīe: vt glo.dicit.Et subaudi etiā vsumfructū si dñs futurus vsusfructus est capax p ea q̄ dixi in.l.vsusfructus.ff. eo. hereditati autē nō stipulatur vsumfructum neq; pure:neq; sub conditione:vt ibi:quoniam talis stipulatio non faceret rectum trāsitum in heredem futurum:sed per mediū ipsius hereditatis cui primo oportet fieri acquisitionē:vt hic. Ipsa autem hereditas nō est capax cū nō possit vti neq; frui neq; representet personā defuncti in his que requirūt exercitiū:vt l.hereditatis.de acqui.re.do.lz Bart.dixerit indistincte vicē defuncti sustinere.in.d.l.vsumfructum.qđ tene menti.

1 ☞ Monach⁹ q̄ nulli⁹ sit monasterij:nihil acquirit monasterio:ɀ monachus expulsus a monasterio non acquirit illi monasterio.

2 Gabella si debet solui de donatione:an sit etiam soluenda de re habita ꝓ derelicta.

3 Animal dimittens languidū in deserto videt habere ipsum ꝓ derelicto.

Quod seruus. Seruus nullius stipulādo nihil agit:lz hereditarius sic:q̄ est alicui⁹.h.d. ¶ Et dixit Bar. p hāc.l. † qđ si est reperire monachū qui tamē nul

1 a lius est monasterij a:puta quia est obligatus regule i genere sed nō certo determinato monasterio.extra de regularibus c.cōstitutionem.lib.vi.vel etiam est capitulum ecclesie in bo nis nullius:puta quia est inundatum a mari:aut captū a sa racenis:nihil acquiri potest per tale capitulū aut monachū. Jn monacho credo cōtra:quia ex quo obligatus est regule in genere:ergo obligat⁹ est pastori vniuersalis ecclesie id est pape:cuius sunt omnia bona clericorum ɀ ecclesiarū ex apostolica cēsura:vnde saltem acquiretur pape ɀ ecclesie.Unde nō ob.hec.l.quia hic seruus habitus ꝓ derelicto.nec in genere:nec i specie erat alicui⁹. ¶ Et optime facit hec.l.ad no. per glo.magistram.ff.de rerum diui.ponentē modū quadruplicem per quem res in bonis nullius sunt.dic vt ibi. ¶ Ibi nullius momenti.No.qđ dicit nullius.vnde non querit domino primo:nec postea ipsum occupanti:vt.j.in ver.sequē. scđm veram opinio.ɀ hanc tene. ¶ Ibi.stipulatione.post ap

2 prehenſionem concepta ɀ interposita. ¶ † Ibi.nā ɀ hoc genere que dando.per hoc dicit Bar.qđ si de donatione debet solui gabella ex forma statuti etiam ex re habita ꝓ derelicta debebit solui.similiter si lite pendente res non pōt alienari propter vitium litigiosi non poterit haberi ꝓ derelicta:qđ credo verum si in fraudem fiat:als secus:quia vere cum nullo cōtrahit:nec hoc genus interdictum reperio.facit institu. de re.di.ff.pe. ¶ Ibi quedam donatio.nō tamen ꝓprie:q̄ hoc iure requirebat stipulatio:ɀ hodie requirit nudum pactum:quoꝝ neutrum interuenit cum res habetur ꝓ derelicta:ɀ sic definiunt verba statuti de quo supra locutus sum. ergo ɀc.l.adigere.ff.q̄uis.de iurepa. ¶ Glo.apprehēſus.ibi:

b nisi esset lāgues b.hec vera vt pz per tex.hic alleg.in corpore nā in fauorē lāguētis hoc introductū est vt sit liber.ɀ.l.incōtinenti attribuit libertatem ipso facto.lāguēti aūt libertatez non tribuit:nisi seipsum occupet ꝓ libero. ¶ Gl.e.ibi:lz qui

3 dam dicūt ɀ male. ¶ † Et no.hic 3 relinquentes aialia in deserto lāguētia.nā cōtra ipso vident habita ꝓ derelictis. ¶ Gl. stipulatione.ibi:vel dic qđ illa.hec vera vt.ff.dixi in tex.

1 ☞ Nominati per nomina ꝓpria admittunt in viriles:per appellatiua in dominicas portiones.

2 Seruus si lāgues fuit derelict⁹ tunc ipso facto liber fact⁹ est.

3 Fratris appellatione an veniat carnalis:an vero religiosus.

1 **Si cōmunis seruus.** † No mina ꝓ noīa ꝓpria admittunt in viriles p noīa appellatiua i dñicas portiōes. Sz si ꝓpria ɀ appellatiua ponant inspicit in dubio qđ precedit.h.d. Usi si precedēt ꝓpria vocabunt viriliter:si appellatiua ꝓ portionibus dñicis.hec aūt limita.nisi ex mente contrahentium aliud appareat:saltem tacite:vt patet in quatuor exemplis infrascriptis. Primo ratione oneris iuncti:q̄ tunc eatenus intelligitur commodum delatum et secundum ratam ipsius.l.non tauē ɀ.l.quoties.ad treb.facit.ff.de fideicō.lib.l.thais.ff.stichus seruus meus. Secundo ratione rei super qua fit cōtractus.ff.de dam.infe.l.si seruus communis.de admi.tu.l.post

c mortem.ff.j.Tertio ratiōe amicitie.l.qui habebat de rebus du.Quarto.si secundum vnū modus pōt valere ſm aliū nō. ¶ Nā semper valebit ſm quē valere potest c.l.tale pactum.ff.si. ff.de pac.ff.ti.ff.l.quoties in stipulatione.ɀ.l.nam qđ liquide ff.si ita.de penu leg.facit q̄ no.de leg.j.turpia.ff.ff. ¶ Ibi qui sunt dñi illius.hec nō sunt verba stipulātis:sed iurisconsulti. ¶ Ibi.ꝓ parte qua dñi.Nec ob.huic.ff.si cer.pe.l.certuz vbi non refert an per ꝓpria noīa an per appellatiua res ostē datur:q̄ concedo quantū ad designandum rem certā:vt ibi sed quantū ad significandum modū:vt hic qđ apparet:quia quo ad acquisitionis substantiam aliud significat nomē ꝓ

priū:aliud appellatiuū. Et ideo dixit Bar.hoc esse trahendū ad literas institor:nominātū i eisdē dños:ita quo ad obligādū q̄ quo ad acqrēdū iterdū noīe ꝓprio:interdū noīe appellatiuo.Nā vbi ex natura istitutiōis dño nō obligatur gli bet isolidū:inspiciēd⁹ erit de rigore sermo literarū:vt ptz ex dictis.Er ff in lris noiatus esset vnus bis vt fieri cōiter cōsueuit:cū tz talis ɀ soci;ille tanē noīat⁹ ꝓprio noīe vocatur primo in virilē actione ɀ passiue:ɀ deinde vocātur p portione quā habet in fundico seu statione vel mēsa.l.si seruus cōis fibi.ff.eo.nisi mos regionis se haberet in cōtrariū:vt est in tussia:q̄ primo noīat⁹ nominatur vt caput societatis:ɀ dic vt hic per eū cui assentio. ¶ Ibi.quā dominorū vocabula.que adeo psone cohērēt vt trāsitū nō faciāt extra illā.ff.de statu lib.l.seruus si heredi.q̄ no.est ad hoc. ¶ Glo.circa ꝓin.ibi ꝓ dominicis'.hoc cum seruus stipulatur ab extero.sed si stipulatur ab vno ex dominis si quidē apparet se sibi stipulatio nulla.est:si stipulatur se alteri valet.l.ij.ff.eo.si stipulat aliqd extra se:puta decē tūc acquiritur alīs excepta parte ꝓmittentis.l.ꝓoinde.ff.ff.eodē. ¶ Glo.ea.ibi nā semp inspicia.hoc verū in casu dubio⁹ nō vbi sunt alie cōiecture:ex quib⁹ aliud ꝑsumat de intētiōe disponētis:vt patet in quatuor exēplis supra positis. ¶ Gl.ea.ibi:lz prima placet.ɀ hec vera.ɀ opi. Adri.non est vera:vt.l.proinde.in ꝓin.ff.ɀ.ɀ.facit.j.de cōdi. ɀ demō.l.cum ita.ff.ff. ¶ Glo.e.ibi.ɀ dic cum omnibus.hoc intellige qđ stipulatus est sibi aut simpliciter:ɀ tunc illi soli queratur cui potest.Sed si nominatim stipulatus fuit ei cui non pōt:tunc illi non queritur q̄ nō pōt.Aliū similiter non querit:quia noluit eidem querere:ex quo aliū noīauit.ff.e.l. si vsufructuarij.ɀ.l.seruus alienus. ¶ Glo.ea.ibi:item hic q̄ nullus.subau.l.qđ dicimus queri omnibus dñis cum queri potest vt acquiratur p dñicis portionibus. ¶ Glof.e.ibi.vt b no.ff.eo.l.seruus communis.ff.si.ff.ff. plenius ibi dixi declarando.l.si duo.C.per quas psonas. ¶ Sed tūc restat videre qđ si vnus ex dñis pluries noīatur:dic vt vidistis.ff.l.si seru⁹ cōmunis.ff.eo. ¶ Et quid si est seruus plurium:vt vniuersorū. Et dic qđ non querit singulis ſz vniuersitati.l.si seruus reipublice.ff.eo. ¶ Et quid si est seruus vnius tātum:ɀ tūc dic quod si stipulatur dationem non refert per quēcūq; verba c stipulet.ff.e.l.ſ.ſecus si stipulet factum vel operas:vt ibidem in glo.ſſ.coniuncta.l.si seruus meus.j.eo. ¶ Glo.ibi.idem qđ in pluribus dñis ſcz vt cuilibet acquirat ꝓ rata vsusfructę. Et in hoc omnes cōcordāt ex quo ex cōmuni opera stipulatus est:ɀ est stipulatus sibi vel simpliciter. ¶ Gl.e.ibi.ei q̄ri d tur.subau.nominato. ¶ Glo.ea.ibi tunc nominato ſm Jo. imo dic vt dicta.l.si duo.C.per quas pſo. ¶ Glo.e.ibi vel dic vt dixi ꝑcedēs opi.est vera ɀ illam approbaui in.l.si alien⁹. ¶ Gl.eadem.ibi:q̄ eam.expone vt ibi:q̄ ibi ex re fructuarij vtriusq; vni eorum solidum stipulatus est:vnde illi soli nominato acquiritur vt ibi:licet non cum effectu:vt.l.ɀ si duorum.ff.eo. ¶ Dic autem restat videre quid si seruus ꝓ derelicto habitus stipulatur cui queratur au stipulatio erit nul- e

2 la. † Et dic quod si languēs fuit derelictus:tunc ipso facto li

c ber factus est:ɀ ipsi queritur:alias stipulatio nulla est : nisi ante stipulationem fuerit ab alio apprehēſus.l.quod seruus ff.eo. ¶ Et quid si stipulat seruus hereditarius sine stipulet heredi futuro sine hereditati:ɀ sine vsumfructum sive aliud quoddam.Et dic vt in.l.vsusfructus.ff.eo.dixi in.l.si seruus hereditarius.ɀ.l.seruus hereditarius.ff.eo.ɀ in qualibet earū dixi. ¶ Et quid si est seruus dñi vinētis ɀ filij habētis castrense peculiū qui decessit cuius vere hereditas nusq̄ est ɀ ea tactāte stipulat.ɀ dic vt.l.si seru⁹ cōis meus.ff.e. ¶ Et qđ si seruus stipulat in manumissionis tempus an acquiratur sibi vel dño:an stipulatio sit nulla:ɀ dic vt.j.e.l.ſi. ¶ Ultimo dixit Bar.qđ vbi nomina ap pellatiua designāt psonā integram ɀ insolidum vt propria.exemplum in hoc nomine frater vel filius.qđ tunc operatur vt propria quātum ad effectū ɀ acquisitionis substātiam.l.lucius.la.ff.ff.ad treb. † Et ideo

3 si per talia noīa seru⁹ stipulatus est:puta ab vno ex dñis stipulatus est reliquis fratribus suis k vocabunt illi fratres in f virilem:ɀ non ꝓ dñicis portionibus quasi viriliter noiati: ɀ in hoc cōsentio sibi.Nō ob.ff.menia.q:illud est ꝓpter natūrā repetitionis subintellecte:q̄ſi substitutio facta de pluribus ex diuersis partibus institutis quātūcūq; fiat per noīs appellatiua:ɀ denotātia personā integrā cuiuslibet tūi intelliguntur in substitutiōe ille partes repetite:que in institutiōe ex regula generali.Idem dixit si seruus plurium filiorū diuerſorum fratrū stipulatus est ab extero filijs talis ɀ talis:dixit enim eos in viriles vocari.Et si sensit qđ filij vnius fratris inter se eorum portionem diuidant viriliter eorum portionē bene sensit.Si aūtem intellexit qđ tam filij vnius fratris ha

a ¶ Nulli⁹ est mōasterij. Adde qđ monach⁹ expulsus a monasterio non acquirit illi monasterio. vide p Barba.consil. lxv.incip. referā in medius.in.iij. col.ver.idez dicit de monacho.in iij.volu.

b ¶ Nisi esset languens. Adde qz dicat languidus. vide in.c.i.ɀ ibi doc.de infantib⁹ ɀ langui.

c ¶ Valere potest Vide Ang.in.l. si stipulatus.ff.ō ver.obli.

d ¶ In cāu dubio. Vide Pa.consi. xciij.in.ij.vol. felyn.c.mādata.de ꝓsumpt. Barba. consi.xvij.in.vij. col.in.ij.vol.

e ¶ Ipso fcō liber fact⁹ est. Adde.c. j.de infanti.ɀ langui.gl.i.c.fi.lxxxvij.di.ɀ in.l.j.ɀ.ff. C.de ifan.expo.ɀ in.l. nemini.C.de epi.au.Et an tales languidi vel expositi sint ō fo ro eccle? dic qđ sic. vt in.d.c. fi.ɀ ibi cardi.alexan. lxxxvij. di.ɀ per Cardi.Zaba.in.c. significātib⁹ i.vi. q.de offi.delega.

f ¶ Religs fratribus suis. Adde qđ si legat fratri talis abbatis de quo fratre intelligat:an de fratre religionis an de fratre naturali. vide p Bal.ɀ abba.in.c.lz.ad fi.de offi.lega.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bebunt dimidiam ℭ filij alterius fratris aliam dimidiã:qui cunq; sit siue numer⁹ sit par siue dispar.l.si mulieri.ff.de vsufruc.accre.de operis liber.l.vt iurisiur.ff.si liberi.C.de ipub.t aliis substi.l.si. Et ratio sua fundata est i.ff.meuia. nõ infert: imo potius includit ad oppositum recte intuẽti. Nam dicta nolã demonstrãt quẽlibet integrũ integre:t tñ nõ habẽt virtutẽ singularis demonstrationi:qõ apparet:qr ibi nõ inueniãtur viriliter:lz pro hereditarijs portionibus. Et facit ad predicta qõ no.in auf.cessante.t in corpore vnde sumitur.

Seruus. Seru⁹ stipulãs a liberto do mini operas sibi dari inutiliter stipulat:secus si detracto verbo sibi.hoc.d. Et que sit ratio.glo.hic ponit:lz melius examinat in l.seruus patrono.in prin.de op.liber. Ray.dicit qõ opere coherent pſone. vnde nõ possunt trãsire a persona serui in dñz sibi aũt deberi possunt.vbi igit transitus esset possibilis: ita teneret stipulatio operarum:vt alia quenis:vt.l.stichus si heredi.in prin.de statu lib.t hoc placet multum.

Cum seruus. Si ex refructuarij vel bone fidei possessoris seru⁹ dño stipulet nominatim ei soli acquirit:sed restituere illud ℨpellitur ℨdictõe sine causa.h.d.

1 ℭ Heres intricans patrimonium suum intelligit in fraudem creditorum.

Quicquid. Si seruus stipulat i manu missionis cuẽtu dolo acquiri dño:al's non. ℭ Quando aũt presumat dolus t tam in eo quã in filio.dic vt in glo.que clara est. ℭ Et per hanc literam dixit Bar.qõ qui alienat in casu in quo contigerit se maleficium cõmisisse:ex hoc presumi fraudem factam:de quo hic.t.l.post cõtractũ.ff.de dona. ℭ Vltimo scias qõ omnis intricãs patrimonium suum intelligit in fraudẽ creditor⁹ intricare.hoc no.etiã cõtra florẽtinos qui post multos creditores quesitos de eorũ bonis diuersimode t per diuersos disponũt:vel per libros rationũ intricant ita calculũ qõ ratio videri non põt.nã intelligunt[a] in fraudem fecisse.casus singularis est in.l.summa cũ ratione.ff.de pecu. Idẽ si melius t vtilius patrimoniũ alienat t sibi reseruat solum fortitan inutilia.facit.ff.que in frau.credi.l.omnes.ff.lucius.i corpore.de trie.t semil.ff.j.versic.si ℣o vltra quã ℣uor.

a ℭ Nã intelligun tur.Not. ppetuo ista verba Ang. hic. Adde eũdez Ang. in aut. sed iam necesse.C.de do.añ nup.bald. in rub.C.de fide instru. Alng.i.l.si qõs.ff. lucr⁹.ff. de his que in frau. credi,

ℭ De fideiussoribus. Rubrica.

ℭ In glo. ℣Rubrice ibi.semp fideiusso⁹ sequit obligationem scilicet respectu effectus.nam ex ordine ante intervenire põt. vt.j.eo.l.stipulatus sum.ff.adjbiberi.t.j.e.l.potest. ℭ In ea. ibi dixit fideiussores mandatorũ.dic mãdatores dici rei principalis quasi mandatores fideiussorum reorum.

ℭ Fideiusso⁹ nõ accedit obligationi naturali ad antidora.

Oni[b] obligationi. ℭ †In gl.ibi:vel ciuili tãtum decidit ciuili obligatiõi fideiussorẽ posse accedere.sic.j.eo. l.fideiusso⁹.ff.fideiusso⁹ contrariũ tenet.j.e.l. qõ enim p gl.in.l.ff cui.hic allega.t ibi plene p Cy.referentẽ hec verba ℣Petri.Bar.tenet di.qõ vbi ciuilis habet etiam efficaciam naturalis vera est hec glo.al's lz obligatio fideiussoria teneat potest se illa exceptiõe tueri qua potest principalis:exemplum si intercessit pro obligatione literarum ante biennium.de quo hic per eum.

b ℭ Omni. Adde qõ obligationi naturali ad antidora nõ accedit fideiusso⁹ secundũ Bart.in.l.ex hoc iure.ff.de iusti.t in.ℨibi excellens do. Jal. in prin.pe.col. dicit Fulg.,tenuisse cõtrarium per istã legem.

1 ℭ Heres intricans patrimonium suum intelligit in fraudem creditorum.

1 ℭ Fideiussorem dare non videtur qui dat talem qui cõueniri non potest.

2 Fideiussorem qui dat non idoneum an t quando preiudicet creditori.

Qui satisdare. †Isto videt dare fideiusso⁹ qui dat talẽ qui cõuenire non põt vel non põt effici soluendo tatu nõ mutato.h.d. ℭ In text.ibi.de peculio actio no dat cõtra patrem vel dñm.qõ qñ fit declara hic in gl. in verbo seruo.t.ff.de pecu.l.lz.ff.lz si filius. ℭ In text.ibi vtiq; ideſt vti põt. Est enim obligata mulier lz posſit velleyano iuuari:vt.l.si mulier in iure.ff.ad vell.insti.de obli.in princi.in glo.ff.ad vell.l.i.in prin.t est text.in.l.stichum.ff.aliquando.j. de sol.Et hoc tenet gl.hic in verbo mulierẽ.lz gl.C.de repu. que fiunt in iudicio inte.restitu.in.l.vna. dicat contrarium t male. ℭ In glo.in verbo nõ esse.ibi si quis in ius vo.l.i.t ibi vide glo.que no.loquitur. ℭ In ea.ibi.t maxime si ignorãs implicat glo.qõ idem si sciens.t idem sentit glo.ff.t ibi apostillabo. ℭ In ea.ibi.l.menius.illa non ob.qr ibi cõditio nõ potest impleri de iure:ideo sufficit impleri eo modo quo potest.vt.l.mulier.ff.de.ff.de cõdi.insti. ℭ In glo.ff.ibi maxime si talem sciuit.implicat ergo qõ si accepit ignoranter fideiussorem facultatibus lapsum,nihilominus priudicat sibi recipiẽdi.Sed hec glo.reprobat t cõtrarium dicit in.l.inter causas. ff.abesse.ff.man.not.in.l.si is a quo.vt in pos.le.t de ver.ob.l.

2 si quis stipulatus sit stichum.ff.ff. †Unde concludẽ qõ creditor recipiens fideiussorem nõ idoneum facultatibus ignorãter nõ preiudicat sibi cõtra debentem satisdare iure actionis cum agere posſit cõtra eum satisdantẽ ad interesse:eo qõ fideiussio idonea nõ est.vt.d.l.si qs stipulatus.ff.ff. Ipse autẽ satisdãs liberatus est obligationis vinculo quo ad satisdandũ erat astrictus. Fallit fauore dotis.vt.l.si cum dotem.ff.si mulier.so.ma. Et si creditor qui recepit fuit in dolo debitor liberatur:nec põt ad interesse cõueniri.vt.l.si titius.j.eo. Et si debitor tenebatur solo officio iudicis satisdare non liberatur:qr equitas astringens eum ad satisdandum ita subest post satisdationem sicut ante:vt.l.arbitro.qui satisda.cog.t eo.titu.l. quoties.t.l.de die. ℭ In ea.glo.ibi.quia tolerat ignorantia iuris.hoc referas ad primum casum huius.l.scz vt accipiens fideiussorem nõ idoneum:puta seruũ filiũ vel mulierem non preiudicet sibi:lz ignorauerit ius:qr credebat hos obligari. Et in hoc bene dicit.nam t idem si nõ errasset in iure eo qr talis sua sibi nõ priudicat.ratio est:qr q tenet satisdare tenetur ad faciendum qõ ꝓmittens se effectualiter obliget.vt.d.ff. t.l.iij.ff.qui satisda.cog.t.l.si nomen. de here.vel acti.vendi. Cum igit nemter eorum sit efficaciter obligatus:ergo non est satisfactus obligationi.Sed huic ob.qõ dicit de filio:nã ipse filius ex omni causa obligat ꝓterq; in macedoniano t vtor: vt.l.filius.ff.de acti.t ob.ergo satisfactum videt huic obligationi de satisdãdo.Sed licet obligẽt:tñ cũ hoc iure filius nihil posſet habere exceptis castrẽsibus t quasi t pater nõ obligabat de peculio datus est fideiusso⁹ qui nec tunc nec in futurum non põt esse soluẽdo:niſi mutet status:t ideo nõ sufficit satisdatio talis.Sed qñ dat fideiusso⁹ homo liber:licet in facultatibus nõ habeat:tñ statu mutato sperat qõ efficiat dines,vt.l.si defunctus.C.arbi.tute.t insti.qui manu.non pos. circa prin.Et hoc respectu ipſe fideiusso⁹ appellat idoneus:t ideo hec litera hodie est correcta dum loquit de filio qui pro prium habere potest. ℭ In ea.glo.ibi:sed facti nõ.hoc est falsum:qr imo t tolerat ignorantia facti:subaudi non suprema. exemplum pone.j.in ver.vel potest.Et sic habes qõ vbi fideiusso⁹ nõ est efficaciter obligatus:qr põt se aliqua exceptiõe tueri:siue sciẽter recipiat:siue ignoranter quocunq; errore nõ preiudicat recipienti:cum nomẽ debitorum nullũ fit:sed vbi creditor recipit fideiussorem minus idoneum solum facultatibus:similiter sibi in nullo priudicat in causa dotis:nec vbi fideiussorem debet recipere officio iudicis:sed extra causam dotis:preiudicat sibi vt non agat iterum vt satisdetur bene aget ad interesse:nisi fuerit in dolo:quia tunc nõ ad interesse vt.ff.dicrum est:sed si sciẽter recepit fideiussorem minus idoneum facultatibus indistincte sibi preiudicatur.

Potest accipi. In text.ibi põt accipi fideiusso⁹ scz pro indẽnitate mea qr pro alio fideiussi.t huius indẽnitatis formã vide in Spe.in titu.eo.ff.sequitur. ℭ In text.ibi,t heredem obligatum relinqui.si modo obligatio principalis sit ad heredem transitoria.insti.e.ff.fideiusso⁹.qõ tene menti.

Generaliter. Si principalis t fideiussoria obligatio in eiusdẽ persona cõcurrũt extinguitur accessoria lz si obligationes duorũ reorum debendi vel credẽdi in vnum confluunt t concurrunt nulla alteram confundit.hoc dicit cum princi.l.sequen. Ratio est:quia sunt paris potentie:vnde propter paritatem neucta alteram cõfundere potest. ℭ In textu ibi,heres extitit ei ciuiliter t naturaliter obligato.alias si obligatio fideiussoria est efficacior quaz principalis non extinguitur a principali velut a minus potẽti.vt infra eod.l.heres a debitore.ff.qõ si hic seruus.Idem si super fideiussoria erat facta contestatio litis.vt supra de infamibus,l.seruus.t ille casus non est alibi.Idem vbicunq; per extinctionem creditoris conditio efficeretur deterior:et esset sibi iniquum per successionẽ preiudicari ei qui sibi diligẽter prouidit.vt.l.debitor.et supra de separatiõe bonorum. Et ideo si fideiusso⁹ succeddẽs debitori fecit inuẽtariũ nõ extinguit hoc casu obligatio accessoria p.d.l.debitor.tene mẽti.

Si reus stipulatus. In text. ibi.duas species scil.icet propriã t hereditariã:t sic patet qõ obligatio duorũ reorũ non est vna numero:lz

vltramon.contra in.l.vlti.C.de duo.reis.dixi in.l.iij.ff.titu. ij.concor.l.prox.i.in fi.ibi.dum dicit duas obligationes fusti net. ℭ In glo.i.ibi.l.item illa.in fi. Dy.soluit qõ ibi obligationes nõ erant pariter principales. ℭ In ea.ibi.l.si mandato meo.ff.vt precedẽs contrarium. Ray. ℭ In ea.ibi.l.si is qui stichum.ibi erant pariter principales t contra diuersos t ex diuersis causis.t ideo non tollunt electiõe sed exactiõe. Dy.t Ray.Bar.dicit qõ qñ in eodẽ cõcurrũt:t ex eadẽ causa:t ad idem plures actiones actiue:tũc vna per aliam tollitur lite ℨtestata:vt hic.secus si passiue:vt.l.i.ff. si apud.ff.depo.t ff.ff duo.reis.l.ij.ff. Sz certe si tollunt actiue:ergo t passiue:cũ sint correlatiue. Ideo tu dicas qõ hic loquit in obligationibus actiuis duorum reor⁹ credẽdi.vnde sicut si ambo veniũt lite contestata per vnũ immediate alter expellet ab agendo: vt.d.l.ij ff.ff.ff.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut in emptore nominis trāsit actio sine cessione: ita ꝛ in fideiussorem secūdum quosdam solidum soluentem. Sed cōtrarium est verum. vt. l. vt fideiussor. ff. eo. vbi est casus. Bar. in. l. i. C. de actio. ꝛ ob. In quibusdam tamen hoc speciale est: vt eo ipso qō soluit in eos sine cessione actio trāsferat: vt ibi no. † quia igitur beneficius epistole competit solum eo casu quo certum est cōfideiussores esse soluendo: ꝛ cum dubitat an sint: habet locum remediū huius legis. Ideo cauti notarij semper apponūt in instrumentis qō fideiussores renūciāt epistole beneficio de fideiussoribus. Alb hoc autē beneficio diuisionis fideiussores in pluribus casibus excludūtur quos glo. no. in. d. ff. si plures. Sed adde aliū casum: scz cum renunciāt: possunt esse: vt. l. si quis in cōscribēdo. C. de pact. Item in tuscia similiter nō gaudebūt cum sint obligati per instrumentū guarentigie: contra qō nō potest opponi exceptio impeditiua executiōis ex forma statuti: nisi sit exceptio solutionis vel satisfactis. Nam cū hec exceptio sit peremptoria: ꝛ per cōsequens perimat vires ꝛ obligationis substantiam. vt Bar. hic plene dicit ergo nō poterit opponi. Et ita obtinui Florētie de facto. poterit tamen opponi exceptio cedēdarum: quia illa nō est impeditiua executionis: nisi prout dicam ff. eo. l. si stipulatus. ff. i. Attende tamē: qr licet fideiussor neget se fideiussorem: ꝛ per hoc perdat beneficiū diuisionis. vt. ff. prox. tamē illud recuperat si ante lit. contesta. petitet. vt. l. electio. ff. neq; C. de noza. fm Jac. de areti. ꝛ Ray. An autē exceptio diuisiōis sit peremptoria: dicit hic p Bar.

1 ☞ Negans id qō est causa sui beneficij perdit beneficium.

1 **Ita demum.** † Negās id qō est causa sui bñficij perdit beneficium. Idem dicit gl. C. de pact. l. nisi. Et sic semper cautus cū plures obligant in instrumētovt facias renunciari huic beneficio cedēdarum: quoniam illud non est beneficium qō competat solū correis ꝛ fideiussoribus: ff. oibus illis qui pro alio soluere cōpellūtur. ꝛ ideo est eius cōe. ¶ Quid autē si creditor liberat fideiussorē inopē: an tunc ob. exceptio cedendarum: glo. dicit qō nō in. d. l. vbi hoc actum. ff. de pac. dicit vt hic per Bar. ¶ † Et qd iuris si creditor pignora liberauit vel dedit ro restituit similiter: Bar. hic tāgit. vide per Ly. ff. l. q. C. e. ibi etiā decidit ꝙ fideiussor pōt compellere creditorē: si eidem soluere vult: vt sibi cedat actiones ꝛ pignora, etiā per modū agendi. tene mēti. Et cōclude qō cū actiones cedere ꝛ pignora tradere ipsi cōuento facti sit ꝛ in facto cōsistat: ꝛ in obligationib⁹ faciēdi succedit obligatio ad interesse: quo subducto de medio actionis exercitium conquiescit: ꝙ si creditor vult cōuento de debito tātum detrahi quantum interest eius nō esse pignora restituta vel liberata: vel nō fuisse liberatum cor reum inopem: nunꝙ obstabit eidem exceptio cedendarum.

☞ Fideiussoria non potest cōsistere vbi nulla est obligatio principalis.

2 Procurator an teneatur cauere si dominus in mandato finbet pro ipso.

3 Alternatiua posita quo ad obligandum inter duosquorum cuilibet queri potest vitiat stipulationem.

4 Solui potest adiecto inuito reo ante litem cōte. nisi eius cōditio sit mutata in deterius.

1 **Fideiussor.** † Ubi nulla ē obligatio ꝓncipalis ibi nec fideiussoria cōsistere pōt: ꝛ adiecto pōt solui añ li. cōte. cū reo: nō postea. h. o. ¶ In tex. ibi obligat⁹ nō est. subaudi aliquo inre: ꝛ cessat omne ꝓtrariū. † Et p hunc tex. dicūt quidaꝫ qō dñs fideiubēdo pro ꝓcuratore vt releuet ab onere satisdādi nihil agit: misi ꝓcurator saltē ꝓmittat nudo verbo: ita qō sit naturaliter obligat⁹. Et hec q̄stio est multū ardua. de qua habes. C. de satisdādo. l. i. ꝛ plenissime p Spec. in ti. de satisda. §. expedito. ver. qd si dñs. ꝛ ver. seq. ¶ Practica cōmunis mūdi est vt valeat satisdatio absq; ꝓmissione ꝓcuratoris: ꝛ ita tene. Scōo alleg. equiparādo obligationē fideiussoriā hypothecarie: qō sicut obligatio fideiussoria nō pōt esse absq; ꝓncipali vt hic: ita nec hypothecaria: ꝛ p cōsequēs nō possit cedi hypothecaria sine ꝓncipali. Et in hoc sunt gl. contrarie: sup quo inhereas huic oppositioni Bar. cui nihil addo: nisi qō hāc questionē Alber. galeoti in sua margarita eā tractat plenissime in ti. de ꝓcu. in rē suā. ff. ꝛ pone ꝙ cessi. Et quis sit effectus hypothecarie cesse sine ꝓncipali simili: dic vt hic per Bartolum. ¶ In textu ibi. titio aut semꝓronio. ¶ † Nota quod licet isto ire alternatiua posita quo ad obligationis substantiam inter duos quorum cuilibet queri

queri potest vitiat stipulationem: vt. l. item si seruus. cū seq. ti. i. tamen secus est cuꝫ adiciatur verbo executiuo. ff. est hic.

4 ¶ Sequitur i litera: vel inuito. † Nō. adiecto posse solui in uito reo ante lit. conte. limita nisi eius conditio sit mutata in deterius: vt plene in. l. cum quis. ff. de solu.

1 ☞ Fideiussor: si obligat se i causaꝫ durioꝛē tēpore aut loco obligatio nulla est.

2 Causa durior vel deterior dicitur altero de quatuor modis.

Qui certo. cto siue de iure quā re⁹ fideiussoria

1 obligatio nulla est. h. o. Vel sic. † Si fideiussor obligat se i causaꝫ durioꝛē tēpore aut loco obligatio nulla est. h. o. vidistis. §. eo. l. grece. §. illud. ¶ † In gl. in verbo esse. ibi deteriorē. vbi dicit qō dicitur esse deterior altero de quatuor modis. ¶ In tex. ibi ꝙ si pure. id est sine adiectiōe alicuius loci. ¶ In gl. in verbo non obligat. ibi siue lōginquorū. hec vera ꝛ sequēs opi. est falsa. Nam semper inuenimus fideiussorem plus esse grauatum in primo casu adeūdū quādo locus est remotior. In secundo casu quando remotiori loco reperit plus grauis tempore: cū titius soluere teneret: ꝛ sic hoc casu pl⁹ grauatur de iure superiori ꝙ de facto. Et ex hoc ꝯcludo qō si loca pariter essent vicina: ita qō conditio fideiussoris non esset deterior: non vitiatur obligatio.

1 ☞ Debitor ꝓprie dicitur qui inuitus exigi potest: alīs aūt omnes impꝛopꝛie.

2 Pactum nudum an producat actionem.

Fideiussor. tioni ciuili ꝛ etiā naturali. ꝛ sufficit qō ex ea solutū nō pōt repeti. h. o. ergo possit repeti ea nō obstāte: vt est q̄stio in obligato ad antidora soluēte non ꝓcedere fideiussio: vt heri dixi. ¶ In tex. ibi per abusionē tamē.

1 † Nor. debitorē solū appellari illū a quo inuito exactio fieri pōt alīs omnes sunt ꝓ abusionē: ꝛ istud est multū vtile ad sta tuta que accipi debent in sensu ꝓpꝛio: vt. l. i. §. si is qui nauē de exercitoria. ff. l. i. §. hec verba. de neg. gest. ꝛ qō dicant solum abusiue: concor. sunt in gloss. in verbo naturalis. ibi. l.

2 quid enim. dic vt ibi. ¶ † In gl. in verbo aliqua. ibi ex nudo

a pacto. In eo qō dicit ex nudo pacto actionem oriri[a] dicit verum: quia casus est in. l. etiam. §. de vsuris. ꝛ in. l. iuraměti. C. de vsuris. Sz in eo qō dicit ex pacto nudo donationis actionem oriri. dicit enim. l. quia nulla actio oritur sed ex. l. datur ꝛ appellat condictio ex. l. si quis argentum vnde est datiua ꝛ nō natiua: ꝛ datur ex. l. ꝓpter pactū. ꝛ hoc sensit gl. in. l. naturales. §. de ac. ꝛ ob. ¶ In ea. ibi. l. ad ea actionē. Istud exemplū est bonū iure antiquo: non nouo secundum qō ꝓmissioni dotis tacita inest stipulatio. vt. C. de rei vxo. ac. l. i.

Stipulationes. Stipulatio pōt pendere ex alia cā ꝙ ex defectu ꝓmone vel rei in stipulationē deducte. h. o. Nō tñ intelligas qō pendeat e. nō valor: quia hoc impossibile: vt vidistis in. l. vsufructus. §. de stipu. seruo. dic vt ibi.

1 ☞ Conditio si reus nō soluerit impletur si interpellat⁹ in

2 solutione cessauerit, aut ante interpellationem decesserit.

2 Soluere promittens pro alio: si ille non soluerit qī possit cōueniri.

3 Heres pōt implere cōditionē quā nō impleuit defunctus.

1 **Cum fideiussor.** † Cōditio si re⁹ nō solu-

2 uerit implet si interpellat⁹ in solutiōe cessauerit: aut añ interpellationē decesserit. h. o. ꝛ est nota. casus. vel sic. † Conditio fideiussoris concepta si reus nō soluerit purificat ex mora rei: ꝛ etiā eius morte. h. o. ¶ Et istum. §. habuisti allegatū in. l. ita stipulatus. §. de verbo. ob. in intellectu illi⁹. l. Or audi tex. rogo te: qr est pulcher ꝛ notabilis. ¶ In glo. in verbo reus. ibi vel exemplum. Nota. ad commissionem obligatiōis ꝓpter moram sufficere interpellationem extraiudicialem. Idē tenet glossella in. l. qui rome. §. coheredes. ff. de ver. ob. ꝛ. rem ra. ha. l. amplius nō peti. in glo. magna. ¶ In eadem ibi. ꝛ tamen est conditiona lis. hoc est falsum: quia ista obligatio fideiussoria fuit concepta per dictionem si: que ꝓncipaliter cōditionem importat vt. l. si. ff. ꝛ. cum petiero. ff. de ver. ob. ¶ In gl. in verbo tenetur ibi: vt plene dixi. Et de hoc in textualibus etiā dixi. vel dic qō hic non est pena: cum non differat a primitiua. Idē enim ꝓmisit fideiussor qō reus. ¶ In gl. in verbo declarat istā ꝛ reliquas: scz vt sole actiones hereditarie ex trebelliano in fideicōmissariū trāseant ꝛ nō reli- b que quas heres ex suo facto quefiuit: sed tunc cedēde sunt vt hic ꝛ ibi. ꝛ. ff. de consti. pec. l. si post. ¶ Huic añ ob. qr cessa prin

cipali[b] videt cessa accessoria ꝙtra fideiussorē qō hac. l. negat. vnde ob. ff. de heredi. vel act. ven. l. emptori. ꝛ. l. si solutum. C. de act. ꝛ ob. Bar. respondet ꝙ illud verū in cessione facta ab homine: secus in ea que fit a. l. vt hic: sed non placet. Nam ꝓ

cipere tūc obligationē fideiussoriā sub cōditione cōtractā. l. postq̄. ff. vt leg. nōie caueatur: lz ante ꝓtracta nō extinguat quātūcūq; ꝓncipalis sine herede decedat: vt. l. fi. ff. de admi. tu. ¶ In ea. ibi. l. fichum. i fi. ꝓin. ff. de solu. Intellige ergo qō hic cū herede decessit: nec est necesse heredē interpellari vt cōstituat in mora: quia illud est verū qñ ipse heres debe ret penā incurrere, ꝓpter moraꝫ. Sed vbi eā debet incurrere tertius mora est commissa ipso facto per mortem rei principalis: vel vt veri⁹ loquar purificata est cōditio: in cuius euēt tū tertius voluit obligari. † Et ex hoc habetis: mirabilē limitationem ad id qō dicit qō heres implere potest conditionē quam non impleuit defunctus vt penā euitet. cōcedo enim vt ipse euitet: sed nō vt euitet tertius. tene menti. ¶ In eadē ibi: sed dicas. ꝛ bene hoc casu: qr heres vult implere conditionem vt ipse penam euiter: vt dixi.

Fideiussoribus. Fideiussori dz cedi actio cōtra principalē ꝛ cōtra ꝛ fideiussorē. h. o. fi. ff. eo. l. vt fideiussor. Et de ista cessione Bar. ponit. ff. de solu. l. modestinus. ꝛ ibi dicemus. Nec est illud beneficiū fideiussorū tātū: nec omniū soluentiū pro aliis: ꝛ sic est ius commune: ꝛ est vtile ad illud qō dixi. ff. eo. l. si mandato.

Qui debitorem. Delegās debitorē soluere itel ligit ꝛ cōtra eū agere potest mādati: lz debitor delegatus soluēdo non sit. hoc dicit. ¶ In glo. fi. ibi. ff. eo. l. fi. in fi. dic vt ibi p Bar. ꝛ ibi dixi. ¶ In eadē ibi. arg. 2tra. §. qui reprobos. sol. qō ibi fuit soluta pecunia reproba ta que proba ꝛ sufficiens non esset sperabatur. hic aūt lz debitor delegatus soluēdo non esset sperabatur soluendo futuris successibus: vt. C. arbi. tu. l. fi defuncta.

Seruus inscio. Si seruus fideiubet ꝛ soluit fi de bitū nō repetitur: fi indebitū res dominica vēdicatur: pecuniaris cōdicit: sed fi dñs soluit p seruo repetit ab eo cui soluit. h. o. cū sequē. ¶ Et intellige qō dñs soluit ignorāter pro seruo qui fideiusserat extra causaꝫ peculiarē. opi. Rog. est ipsa veritas. ¶ In glo. iij. ibi scōz quosdā ꝛ bene: lz glo. hic dicat falsum: quia sicut verus dñs errās in causa habili ad trāslationē dñij trāsfert illud: ꝛ deinde ꝙdicit vt indebitū: vt patet in toto ti. de ꝙdi. inde. sic ꝛ administrator errās ex eadē causa trāsfert: quoniā si causa esset vera trās a ferret: ꝛ ita intelligitur hic: ꝛ est casus in. l. cū indebitū. in pri. ff. de cōdi. inde. verū ergo dixerūt hi qō dñium est trāslatū: sed non dicunt verum in eo qō dicunt agi sine causa: nec dicagi indebiti. ¶ In ea. glo. ibi. vel respectu possessionis. illud euidēter apparet falsum si se retulit ad triticariam cū illa nō cōpetat ad pecuniā numerātā. ¶ In fi. glo. ibi fz Rog. hec est ipsa veritas: vt. ff. dixi. ꝛ ideo agit condi. indebi.

Sed si seruus. In tex. ibi: sz si seruus peculiaꝫ peculiarem. ¶ In gl. ibi solutio hic credebat. hec vera. ¶ In. e. ibi. ad vell. l. pe. imo est. l. cū is. ¶ In glo. iij. ibi naturaliter. ꝛ bene, ꝛ idem sentit. ff. in gl. fi. Idē tenet in. l. i persoñā. §. qui pecuniā. ff. de pac. Seruus ergo fideiubēs extra causam peculiarē nō obligat etiā naturaliter. Et est ratio. qr lex resistit potentie obligādi: ergo ꝛc. vt. ff. eo. l. cum lex. ¶ In glo. pe. ibi nisi forte per ꝙsumptionē hoc falsum: quia istud habet locū quādo sabellec aliqua obligatio saltem naturalis in persona eius cuius nōie soluebat: vt. l. si filius. ff. l. non omnis. §. si pupillus. ff. si cer. pe. Sed hic dñs soluebat pro obligatione serui que nulla erat: vnde non potest recōciliari debitum qō non iure consistebat. si autem soluisset pro reo principali qui erat obligatus: tūc posset etiā glo. ista procedere, ꝛ hoc tenet Dy. ꝛ Jaco. de raue.

1 ☞ Fideicommissario an competant actiones hereditarie actiue ꝛ passiue absq; cessione.

Heres a debitore. Obligatio accessoria heredis facto quesita nō trāsit in fideicōmissariū: neq; i euincētē hereditatē. h. o. istud ꝓnci. ¶ † In

1 glo. in. verbo statu. ibi. l. heres. que lex est melior que sit in corpore iuris: ꝛ declarat istā ꝛ reliquas: scz vt sole actiones hereditarie ex trebelliano in fideicōmissariū trāseant ꝛ nō reli- b que quas heres ex suo facto quefiuit: sed tunc cedēde sunt vt hic ꝛ ibi. ꝛ. ff. de consti. pec. l. si post. ¶ Huic añ ob. qr cessa principali[b] videt cessa accessoria ꝙtra fideiussorē qō hac. l. negat. vnde ob. ff. de heredi. vel act. ven. l. emptori. ꝛ. l. si solutum. C. de act. ꝛ ob. Bar. respondet ꝙ illud verū in cessione facta ab homine: secus in ea que fit a. l. vt hic: sed non placet. Nam ꝓ

a ¶ Ex nudo pacto actionē oriri. Adde Bar. in. l. iuris gentiū. ff. de pac. Bar. in extrauagā. ad reprimendam. Bal. i aut. ad hoc. C. de vsu. Salyc. in. l. legez. C. de pact. dic qō non: sec⁹ de iure cano. docto. i. c. i. de pact. Inno. i. c. nouit. ō iud. Jn no. i. c. cum venissent. ō isti. Arch. i. c. fiunt nōnulli. i. q. i. docto. i. c. q. cunq; suffragio. ff. qō. ff. doc. i. c. iuraměti. ff. q. v. doc. i regula nō est, obligatorium de reg. iu. lib. vi. dic ꝙ hoc habet etiā locū de iure canonico i terris subiectis ecclesie fm Joā. de imo. in. c. que in ecclesiar. de consti.

¶ Cessa principali. adde regulā accessorium, ꝛ ibi doc. de regu. iur. lib. vi.

a ¶ Filiꝰ pōt fideiubere ꝓ patre. Adde qd de marito ꝛ vxore: dic qō sic tā in cāu civili ꝙ criali. tex. est in. l. pe. et ibi ad hoc no. Bar. C. ne vxor ꝓ ma. lz nō ecōtra. propter beneficium velleiani vt in. l. i. C. ne vxor pro mari. 1

2 Impuberem. Impubes doli capax. cui⁹ malitia ſuperat etatē pōt de oī delicto iculpari ꝓterq; ō delicto carnis q ſ eo vſgere nō ꝓſumit. c. j. de deli. pue. ⁊ ibi Andr. bar. ⁊ videꝛ l. j. in pnc. ff. ad ſil. vide ang. in trac. maleficior. in v. ſciēter ⁊ doloſe.

3 Pōzim⁹ pubertati. adde qs dicāt ꝓrim⁹ pubertati. vi☞ text. i. l. nō tñ. ff. de excu. tu. ⁊ no. in. l. j. ff. de dona. doct. i c. puberes. in. c. literas. ⁊ i. c. ꝓtinebat. et vtrobiq; p doc. de deſpon. impu. be.

4 Et percutere cuz lapide. adō pe. ō anc. ☞ſi. cclxxij. in ci. iure ſcripto. et eū ſequit alex. de imo. cōſi. cvij. inci. ꝓ ineſtigatione. in. ij. volumi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 Debitū pbat per vnū,instrumētū debitū,z securius p duo instrumenta.
6 Apotha quid sit:z quid antapocha.

Quod si iā erāt inanes. In text. ibi. videtur estimatio facienda.q.o.prima fronte,videtur quod sic. ¶Sequitur in litera.quid em̄ interfuit eius,subaudi creditoris ei nō surripi:ex quo ei erat solutū.quasi dicat nihil z sic solū preciū tabularū videt duplicari nō aliud. ¶Sequitur in litera.sed pōt dici.hic iurisco.decidit oppositum qō imo potest interesse in alio quā in precio tabularum: z ideo fit duplicatio oīs eius qō intererit. vt in ỹ. z generalis. Et pōdera bñ qr nō dicit duplicari quātitatē in instrumento cōprehēsam sed solū qō interest.si ergo intererit in tota summa:illa tota duplicabit:si in minus illud minus.

1 ¶Sequit in litera.sibi restitui petūt.†No. qō debitor potest petere a creditore vt sibi restituat īstrumētū debiti cācellatū,sic.C.ad exhi.l.fi.z.C.de ꝑdi.sine causa.dissolute. Et per hūc tex.reprobat Bar.opi.Azo.qui dicit actorem nō edere reo ad excep.fundādā.dictū est verū. Iꝫ hec lex nihil ad ꝓpositū.Azo em̄ loquit de editiōe q̄ petit officio mercenarior:z cū petit copia hic loquit cū agitur ad editionē cōdi.sine cā:z vt ipsum originale tradat nō aūt vt edat. vt d.l.si soluto. ¶Sequit in litera interest creditoris tabulas habere vt eas tradere possit debitori in quietāti illū, nā he tabule cācellate nō debēt penes eūmanere:qm̄ ptinent ad debitorē.vt hic.z.d.l.dissolute.†hodie aūt debitores cauti faciūt se liberari p acceptilationē vel p getationē ex causa solutiōis.z tūc,eorū nō interest habere instrumētū cācellatū cū alia via sint tuti:z ideo nō vtimur cōiter vt nobis debitoris instrumētū cācellatū reddat. ¶Sequit in litera.ne forte ꝓtrouersia.†No.multū interesse nostrā ꝓtrouersiā nō pati z tm̄ est interesse qō minor solū ad hāc causam petere pōt in integrū se restitui.tex.est i.l.minoribꝰ.ff.de mi. ¶In gl.in ꝟbo interesse.in fi.hec gl.se refert ad sententiā Hugo. de qua dicā.i.ꝧ.pri.dic vt ibi. ¶†In tex.ibi quēadmodū si binis tabulis.hic est casus:qō sicut de vno testamēto plura possunt cōfici instrumēta.vt.ff. de testa.l.vnū.z de scōm tabu.l.i.ꝧ.sed si qs in duobꝰ,ita z de cōtractu vnico. Et eo dē modo in vno,z eodem pgameno possunt esse descripta instrumēta pluriū ad diuersas causas pertīn.ꝙtestamēta similiter diuersoꝝ.z hoc tenet Bar.in.l.si quis ita.de vulga. z pu,allegabo tibi casiꝫ.C.fi.cer.pe.l.ex eo qō multis. Segtur in litera.securior sit creditor.†Nota bene q̄ creditor est securus in ꝓbatione debiti qñ habet instrumētū vnū debiti.sed securior qñ duo. ¶†Sequit in lra apocha.i.scriptura quā debitor ꝓbat debiti solutionē. Antapocha est scriptura ꝓbans debiti substantiam.C.de fide instru.l. plures apochis. In ſtex.ibi ſz nil videt mihi interesse.ſ.eo casu,quo alie ꝓbatiōes supsunt.vt ſ.ptz z p ꝙsequēs nullū dānū esse: z iō dz fieri duplicatio ſumme in instrumēto ꝙtēte.z hoc voluit dicere pla.z bñ. Et sic hic iuriscōsult⁹ dicidit lꝫ Hug. dicat q̄ iurisco. hic male dixit cuius opi.sequunt dꝫ.z Ol. z tūc exponere pōt.hoc verbū interesse q̄ est in lra. i. nulla differētia esse.z tūc erit sensus ſm Hu.q̄ quātūcūq; alie ꝓbatiōes supsint fieri dz duplicatio dicte ſumme. mouetur per.l.eū q.ſ.pap.ſ.e.cui rndet vt dicā in gl. ¶In glo.ibi ſz mihi videt z male ſm Hu.imo z bñ.vt gl.hic decidit. z idē tz gl.ſ.e.l.iij.z est casus.ſ.e.l.qdā tabulas. ¶In glo.ibi. q̄ euenire pōt.ſ.q̄ instru.retētū ꝙ venditorē ꝓdet.ray.Sequit in gl.ſ.e.l.eū.ſ.pap.ſz ille.ſ.nō ob.qr ibi loquit de interesse extrinseco:h de intrinseco. Itē qr seruꝰ ibi pignorat⁹ q remāserat apō creditorē:potest pire absq; aliū culpa creditoris:h chyrographū de facili sine eī⁹ culpa pire nō poterat: iō nō inſpicit q̄ euenire pōt. ¶In e.ibi.z veriꝰ ſz pl.z bñ.

Sed et si quis. In text.ibi.sed z si quis,nō amouerit. intelligetm̄ qō amouit z deleuit.z cessat omne ꝟium. Vel dic q̄ non amouit exportando de loco ad locum:tū cōtractauit delendo: vel animo lucrandi:qr ipse delens in eisdē tabulis debitor apparebat. Et ista est ſanior intellectus.z eo modo soluitur hoc contrarium.ſ.eo.l.ſi quid fur fregerit.

1 ¶Furti pena quomodo teneatur qui furatur instrumēta debitorum.
2 Interesse in strumētorū deletorū quomodo ꝓbatur.
3 Instrumenti tenor quomodo ꝓbatur si testes sint mortui: z instrumentum sit cassum.
4 Testes an z qñ possint repeti post didicita testificata.
5 Testis si vno tempore interrogatus dixit se nō recordari z alio tēpore dixit se omniū habere memoriam nō est ꝟius.

1 **Quidam tabularū.** †In text. ibi. furti actione existimāt z male.vt.ſ.sequit.nam si subtractis tabulis recuperant eedē z nulle alie ꝓbationes erāt de debito:per illas inter eas dē subtractas recuperata ſpe,ꝓbat quātitas interesse.vt.ſ.patet. Itē z si alie ꝓbatiōes de debito existeret:adhuc pōt furtū passi aliter interesse:puta qr ꝓbatio p instrumētū est ꝓnilegiata z hꝫ executionē parātā.vt est in partiꝫ italie. ¶Probationes aūt que supsunt sunt p testes nullo mō ꝓuilegiate:vñ dupli cabit tale interesse:qō tenuit Bar.z bñ in l.q tabulas.ſ.e.

2 ¶†In tex.ibi.posse ostēdi.ꝓ hūc tex.fundaui dictū meū. ſ.q̄ ſpeciale sit in hoc casu vt interesse nō ꝓbet ꝟ dolosuꝫ p iuramētū in lite. Impossibile em̄ esset nō posse ostēdi inter esse stādū si esset sacramēto:qr z si agēs iurare nollet estimatur iudicantis arbitrio.vt.l.semp.ſ.in hoc interdicto. q̄ vi aut clā.p Jnno.plene extra qō me.cā.sup eo. Ratio aūt ſpecialitatis:qr etiā qlibet vilissim⁹ habere pōt instrumētum debiti grādis quātitatis ꝟ alīū:vñ hic nō subsunt aliq̄ circūſtātie,ex quib⁹ inde ex possit iuramētū vllaten⁹ moderari. ¶In tex.ibi quāti eius interſit.si tabulas ponas esse deletas:vñ p eas recuperas q̄ legi nō possunt debitū ꝓbari non pōt ex quo delete sunt. ¶†In tex.ibi. q possunt mori cōditiōe pēdēte.subaudi z sic tpe existētis cōditiōis nulas ꝓbatiōes habeo cū testes inueniant mortui:z instrumētū debiti similiter inueniat deletū.sed hoc nō obstante examinari poterūt dicti testes z cōdēnatio fieri solaꝫ differt exactio in cōditiōis euentū.vt.l.in.l.aqui. si deletū. ſ. ad.l.aql. Et hoc voluit gl.hic z bñ. ¶†In tex.ibi.eorū memoria z ꝓsentia.hic est casus apert⁹:qr in diuersis instātijs sup eodē post testificata didicita testes repeti possunt hic em̄ fuerūt examinati p̄mo sup cōtractu:z cū agebat ex eo: deinde sup eo ꝟctu z debito cū agebat furti. ¶In.e.instātia repetitio locū nō hꝫ.nisi quo ad hoc:vt dictū eor obscurū declarēt nō ad partis instātiā:Iꝫ ex officio non aūt vt aliqd addāt.gl.singularē habes in ſco ꝓpore de testibus.ſ.qr vero.col.vñ. ¶†Itē est hic casus dū dicit.eorū memoria. qō si testis interrogat⁹ in vno iudicio vel vno tēpore dixit se nō recordari:deinde postea dixit omniū memoriā se habere nō est cōtrarius sibimet:z stat dicto vltimo. Casus est hic.hec em̄ possibilia sunt vno tempore non recordari alio sic.vel vno tpe memorari melius quā alio vt in nobilissimis sentimus.z est casus in.l.ij.ꝧ.cause de car.edicto.

Sed et si surripuerit. In textu ibi. nihil ad penā adūcit:z sic per delictum posterius non augetur pena extraq; partē.vt.ſ.ad.l.aquil.l.si seruum.in pin.z sic nō obſ.titu.ſ.l.nunquam plura.

Hoc amplius. In tex.ibi.interdicto quoꝝ bono.id est interdicto de tab.exhi. ꝓparatorio interdicti quoꝝ bonorū:z sic cessat cōtrariū signatū in gl.

1 ¶Furti pena tenetur imaginem reipublice:vel templo positam capiens.

Sed si imaginē. ꝧ.si quis. In tex. ibi.reipublice municipij.†Idē si alicuius tēpli diuini:si tū perfecte dedicatio facta nō erat als surripiens incidit in sacrilegiū:qm̄ subtraxit donatū deo immortali.vt.l.sacrilegij.ſ.ad.l.iul.pecu.q̄ declara ſm not. in.l.si nondum templo.C.de furtis.z ibi per Cyn.

1 ¶Furti tenetur tutor subtrahens res pupilli.
2 Prelati ecclesie ledentes ꝓprietates substantiam deo et superiori satisfacere tenentur.

Tutor. Quasi dñs committit furtū. h.d. vel sic.†Si tutor rerū pupi. furtū facit tenetur furti z efficit res furtiua.h.d. Intellige aūt de quasi dño ratione officij.non aūt hic referas ad prelatū qui loco fructuarij est nec referas ad habētē publicianā:qm̄ habent plenā administrationē:†si tñ ledūt plati ꝓprietatis substātiā:z deo z superiori satisfactionē facere compellūtur sicut fructuarij qui abutuntur.

1 ¶Furti nō manifesti pena tenetur qui ꝓbet opē furto.
2 Opem prebēs furto non est fur:pcussiōi non est pcussor.
3 Statutū q̄ pax nō ꝓsit homicide vel pcussori:vel accusatiꝫ de homicidio:quomodo intelligatur.
4 Opem ferens delicto:an puniaꝫ eadē pena vt principalis.
5 Auxilium z fauor quot modis ꝓstatur.
6 Proxenete vsurarum tenentur restituere vsuras sicut accipientes illas.

Auxiliantes

7 Auxiliantes fauentes consulentes z persuadentes ne delinquens puniatur sed euadat manus iudicū quomodo puniantur.
8 Persuadens dicitur qui incitat vel hortatur ad maleficiuꝫ faciendum.
9 Participes socij z consortes delictorum qui dicantur.
10 Caporales seu principes delicti qui dicantur.
11 Adherentes delicto qui dicantur.
12 Complices delictorum qui dicantur.
13 Agentes consulentes fauentes z participantes eadem pena puniuntur.
14 Consulēs z persuadens spoliū bonorū quomodo puniaꝫ.

a **Is qui opē.** a †Prebēs opem furto nunq; est fur manifestus ſz tenet furti nō manifesti.h.d. Jnest ergo qualitas ꝓpter ꝓpositū delinquētis ex postfacto in principali que nō est in opē ferentē qō est vtile ad ea que.ſ.
2 dicā. ¶In tex.ibi.nunq; manifestus est.†Nota prebēs opē furto nō est fur.similiter opem ferēs pcussioni nō est pcussor.homicidio opem ferēs nō est homicida.†Et ideo si sta-
3 tutū dicit qō furi homicidevel pcussori nō ꝓsit beneficiū pacis nihilominus ꝑderit auxiliantib⁹ z fauentib⁹. Secus si statutū loquaꝫ per verba in rē scripta puta condēnatis vel accusatis pro homicidio pcussionevel furto nō ꝓsit pax: vt.ſ.de adul.l.hec verba.cōprehendunt em̄ sub his verbis z mādatores z aliꝰ quicunq; occasionedictorū criminū iniecti
4 casus est ibi. ¶†Sequit i litera manifeste teneat.plus ergo punitur principalis delinquēs quā ferēs opem.nā principa
b lis hic punitur in quadruplum opem ferēs b puniꝫ in duplū ꝓpter qō Dy.consuluit fauētem z auxiliantē puniri solum media pena. Et idē tenuit Ray.cū agit ciuiliter secus si criminaliter:qr tunc,vniformiter puniunt.ſ.de fica.l.nihil interest.ſ.de a.hæ.l.is cuius,ſope.Cy.aūt nihil firmat in.l.vna.C. de mil agge.non rumpē.lib.xi.Bar.dat regulā qō vniformiter punit.Fallit in casib⁹ expressis in iure,exēplū in.l.vna. C.de rap.virgi.ꝓbat.ſ.de parici.l.vtrū. Joā.an.in.c.felicis. de pe.lib.vi.dicit qō vbicūq; auxiliū z fauor est simpler eo qō maleficiū nō est auctū sed ita est exercitioni mandatū ſicut z si nō interueniſſet qō tūc auxiliū z fauor arbitrio iudicis cōpescendū est non eadē pena z tene menti hāc doc. Cui addo qō vbicunq; multorū iacet stragesibi necessario seueri
c tati detrahendū est:vt.l.pe.c ſ.de fica.no.gl.in.l.aut facta.in fi.ſ.de pe.z ideo tūc non puniāt auxiliantes nec fauētes eadē pena sed ad iudicātis arbitriū.z ita vidimus quotidie obſeruari:qr principes z caporales factionū z seditionū ciuitatis puniunt asperrime reliquis autē auxiliantib⁹ z fauētib⁹
d mitigātur pene. ¶†Quot autē modis prestet auxiliū z fauor collige ex no.in.l.i.ꝧ.tulisse.z l.cū dñs.ſ.ad fil.ſ.de adul. l.si amicis.insti.eo.ꝧ.ope.ſ.eo.l.si pignore.ꝧ.qui ferramēta.ſ. eo.l.in furti.ꝧ.ope.ſ.ad legē,iul.maie.l.iij.ſ.de parici.l.si ſciē-
6 te.vt tex. dicit etiā pecunia sua ministrari auxiliū z fauor.†z
d ideo ꝓfonetas vsurarū d dicit alibi teneri ad restitutionē vsu-
7 rarū pariter cū accipiētib⁹ illas tene mēti.†etiā de istis auxiliantib⁹ fauētibus cōsulētibus z persuadētibus in ꝓin.tem poze delicti z post delictū ad enadēdū malefactorē a familia vel cōsanguineis ne capiaꝫ et iā in curia vt nō puniaꝫ post captūrā ꝓsequit Jo.an.in cle.ſ.de penis. De assistente autē sibi principi in supplicādo ne puniaꝫ dicā tibi.ſ.eo.l.in actione.ꝧ.ope.vbi Bar.ponit.sed est casus in.l.in metallū.ſ.de pe. z qr multifariā opes prestant vt vides idcirco libellus accusatorius propositus cōtra opē ferentē generaliter hoc modo qō opē prestitit vult generalis,reſciēdus eum opponēte
8 reo cuius interest accusatorē non vagari cū eius discrimine: vt.l.pretor edixit.in pria.ſ.de iniur. ¶†Et attēde qr quidā vocant auxiliātes quidā opē ferentes quidā cōsulētes quidā persuadētes. Js autē cōsulit vel psuadet qui solū incitat aut
9 hortaꝫ ad maleficiū faciendū:vt.l.ſ.ꝧ.persuadere.de ser.cor rup. ¶†Quidā autē appellant participes quidā socij qdaz
10 cōsortes delictorū,de cōsortibus habes in.d.l.vna.C.de mili agge.de socijs.in.d.ꝧ.opē.ſ.eo.de cōsoc.participib⁹.ſ.de pari ci.l.verū. ¶†Quidā nominant principes delicti siue capo
11 rales de quib⁹ habes in.l.in hoc.ſ.de ser.cor.facit.C.ad legē iul.de vi.l.qm̄ multa facinora. ¶†Quidā appellant adherētes de quib⁹ habes in.l.iij.C.de discus.li.x. Sine his autē adherentib⁹ in cōpilatione pacis in ecclesia romana transire
12 nō debet nisi primo eos ponat in turo.de re iudi.c.apostoli-
13 ce.z ibi per Jnn. ¶†Quidā appellant cōplices de quib⁹ in c.ex parte.de foro cōpe.†Cōclude autē oēs istos eadē pena puniri qua puniunt principes factionū. ¶Fallit in trib⁹ casibus. Primo vbi in iure aliud inuenit expressum vt iam di

a est qm̄ tunc ad arbitriū iudicis cōpensant. Tertio secunduꝫ me vbi multorū iacet strages. Quarto fallit si qualitates in principali z fauentibus sunt difformes.nā ꝓpter has contingere potest qō in plus puniāt principalis quam opem ferēs.vt hic z quādoq; ecōuerso vt.ſ.l.proxima.z.l.qui seruo.

14 ¶†Scias autē vltimo qō Jnn.de elec.c.querelā.in gl.que incipit dicunt tenet q̄ cōsulens vel persuadens spoliationē b bonorū nunq; cōuenit interdicto nec etiā cōdictione ex illo canone tene mēti. Allegat etiā Bar.hāc legem qō quādoq; qualitas vna ineſt principali z nō accessoꝛijs vel etiā ecōuerso an tāc pene debeāt pariter imponi ſto dictis suis cōtent⁹ vno addito videlicet qō cōsulens vel persuadēs maleficium perpetrari eo perpetrato post nimiū interuallū nō tenetur persuadēs quasi ille non videat persuasionē suā secutus ꝓpter tēporis distātiā.de ser.cor.rup.l.in hoc.z.l.nerati⁹.tenet gl.in.d.ꝧ.ope.insti.eo. ¶Ultimo esset videndum an vbi ꝓpter qualitates inherentes principali pena grauior debeat inferri sit necesse vt opem ferēs grauius puniaꝫ cū habuerit notitiam qualitatū dicam.ſ.de parici.l.vtrū.vbi ꝓprie cadit punctus iste.

1 ¶Opem ferens delicto an z quando puniaꝫ in plus quā principalis.
2 Furtum cōmissum per familiam quomodo cōueniaꝫ dñs.

Si quis preferendū. Opē ferēs in furto deprehēsus cū eo fur est z furti manifesti tenet principalis autē solum furti nō manifesti z plurib⁹ seruoꝝ nomine est possibile dñm differenter obligari ꝓpter furtū.h.d.† Est ergo casus hic in principio qō in
1 plus tenet opem ferens quā principalis ꝓpter qualitatē si bi inherētē sic in.l.proxi.ꝧ.item placuit. quinimo interdum
2 opem ferēs tenet z principalis in nihilū vt ibi dicā ¶†Ex casu autē huius legis limito tibi totum ti.ſ.fi fami.fur.fecisse dica.vbi pro furto familie dñs ad vnā penā tenetur de quo etiā in.l.ſi familia.ſ.de iurisdi.om.iudi.qr illud est verū quādo tota familia vniformiter delinquit respectu eiusdē rei sub tracte,secus si difformiter puta quia vnus ex seruis cum furto deprehensus est z sic commisit furtum manifestum alīꝰ ne quaq;.quod doct.non ponunt nec hic nec.ſ.fi fami.fur.feciſſe dica.

1 ¶Persuadens seruo fugam non est fur nisi furto secuto.
2 Mandans fieri delictum quomodo puniatur.
3 Persuadens furtū vel fugā tenet etiā delicto nō secuto.
4 Consulens an z quando obligetur ex consilio.
5 Consulens fieri delictum an z quando puniatur.

1 **Qui seruo.** Ordo ista lex est bona.†Persuadēs seruo fugā z ꝓcurationē sui nō est fur nec tenet furti nisi regulr furto secuto z opē ferēs delicto qō postmodum cōſummaꝫ cōſummationis tpe incipit obligari.h.d.vsq; ad ꝧ.ité placuit. ¶In tex.ibi:vt fugeret z fugit licet glo.hic dicat ꝓtra.z male:qr tūc nullū haberet dubiū. ¶In tex.ibi:nec em̄ qui alicui cōmittēti furtū. ¶In tex.ibi:aut manus sibi inferret ſcz seruus subaudi z ꝓpriā se z manus sibi intulit. ¶In tex.ibi:hoc em̄ furi nō admittit actionē:qr seruꝰ precipitatus vel ita per se ipsum occisus per nemīnē contractus fuit vnde lꝫ sit subtractus dño per mortē serui tū nō est cōmissum furtū regulare sed irregulare z ideo talis persuadēs vel opem ferēs nō tenet furti vt hic.z.l.i.C.de seruis fugi. Et ista est veritas licet gl.mag. aliter hic sentiat z nō bene. ¶In tex.
2 ibi:vt ab alio surripiaꝫ subaudi z surrepꝫ sit. ¶†In tex.ibi tū nō illud tūc qō extremitate tēporis no.hoc dicit doc.in.l. c is qui ope.qō si per mādatariū maleficiū cōſummatur de no cte in platea vel in ecclesia qō licet alio loco vel tēpore mandatū precesserit tū incipit tūc obligari z ideo cōtra mādatorē pene augmentanē ratiōe loci z temporis tene mēti. ¶In gl.i ibi:hic nō.hoc est falsum vt dixi in tex. ¶In ea.ibi.ſ.eo. d ſi is.ꝧ.ſi tutor.hoc declara vt dicā incōtinenti.ꝧ.proxi.ité placuit. ¶In ea.in fi.imo verius dicas qō cōmittit furtū irregulare z ideo ex ope vel cōſilio nō tenet quis furti vt iam dictū
3 est. ¶†In gl.ꝧ.in fi.dixit Jnn.in.c.querelā.de elec.in glo.in verbo dicunt qō ipse tale est in persuadēte fugā vel furtū vt teneat persuadēs z cōſulēs etiā delicto nō perpetrato.z licet e
4 quis alius factu⁹ erat vel nō erat.†De hoc an quis obligetur ex cōſilio e fuerunt opi.varie vt refert gl.in.l.ij.ꝧ.fi.ſ.mādo. Azo in ſumma insti.de obli.que ex delicto. Dy.in.c.nullus.de reg.iur.gl.in.l.consilij.ſ.de reg.iur. Conclude qō in cō tractibus ei cui consilij datū est consulens nō tenetur z ista est regula:vt.d.l.consilij.z.d.c.nullus.primo responſo. Fallit

L

a ¶Is qui opem. In materia huiꝰ legis vide Bart. i.c.i.de offi.dele. Oldra.consi.clij. in fine.

b ¶Opem ferens. Circa istā materiam vide Lepo. cōsil.xxvij. col.ij. z ꝑsil.xxxiij. i.v. col.z seq.z consi. xxxvi.in pe.col.z seq.z consi.lxiij. col.v.z ꝑsil.lxxxi. col.i. Et qd enim si stat armatus z nihil facit vide Roma.ꝑsil.cxvij. Corse.in singula. in litera auxilij. ristud idē qō prestans opem furi nō fit ꝓprie fur tenet glosſ.in.l.si qs vxori.in ꝟbo tenet.ſ.eo.in.ꝧ.in terdum.insti. de obli.que ex quasi delic.z Dy.hic q dicit se cōſulniſse. facit.l.sepe. in fi.ſ.de verbo.sig. qr ꝟba statuti nō trahuntur ad casum ex interpretatione vel fictum. Bar.in.l.i.ꝧ.i.ad l.falci. Bald.in.l. si qs seruo.C.de fur.in.l. meminimus.C.de ſle.here.l.c.i.de succeſ. feu. Jnnocē.in.c. cū in nostra.de in iurijs. Jmo.l. i.si vero.ꝧ.ō viro.ff. ſol.mat.in.l. gallus.ꝧ.qō ſi tātū. ff.de libe.z posthu.maxime i penalibus non extendūtur statuta quo ad penā glo. in.l.si.ff.de in ius voc. Joā.an. in.c. odia.de regn.iur. in mercurialib⁹. in.c.statutuz.z in c.si forte.de elect. in.vi.in nouella.

¶Ut.l.pen.ſ.de fica. Et ibi vide eundem Ange.

c ¶Prosonetas vsurarum. Adde Philippū in.c. j.de ſest.lib.vi.in principio.

¶An quis obligetur ex cōſilio. Adde Bar.in.l. ſ.ff.de exerci.bal. in.l.iij.C. de ser. fugi.doc. in.c.cuz in veteri.de elect.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in duob⁹ casib⁹ tñ. Primo si consiliū fuit fraudulentū vt dicties iurib⁹.ff.rūso.q.l.si quis cū sciret.ff.de do. Et no. hoc contra prosenetas. Secōo si alias ille nō erat facturus ⁊ damnū passus est ex consilio:vt.l.si remunerādi.ff.plane.ff.mand.⁊ ideo cū amicus tu⁹ te cōsuluit super cōtractu ineūdo nunq̄ persuadeas sibi vt cōtrahat nisi eū videas ad cōtrahendū dispositū. nā si diceret amice nolles cōtrahere nisi q; tu persuades quātūcunq̄ persuasio tua careat omni dolo si damnum pateret teneris ex ea. † In delictis tolle duas regulas. Una negatiua ⁊ nō habet exceptionē. Regula est qō ei cui consilium impedit cōsulens nunq̄ tenet:qm rei turpis est:vt.l.si remunerādi.ff.rei turpis.ff.man. Affirmatiua est qō cōsulēs delictū in pernicie tertij qō tenet illi tertio secuto delicto siue ille cui cōsuluit erat alias facturus siue non. casus est in.l. nō solū.ff.attilicinus.ff.de iniurijs.prout in litera est ibi volē te. licet Azo aliter senserit in summa predicta. Eo nō secuto nō tenet casus est hic dū dicit persuadentē teneri:tūc cū delictū cōsummat ergo a cōtrario nisi delictū perpetret nō tenetur cōsulēs. Fallit in persuadēte fugā:q; de sola persuasi corruptione extractat vcz nō oportet ei⁹ malitiā augeri vt fea auctā in delictū prumpat:vt.l.i.ff.psuadere.de ser.corr.⁊.C.de fur.l.si qs seruo. Secōo fallit in crimine maiestatis:vt.l.quisquis.C.ad.l.iul.maie. Tertio in crimine heresis multotiēs ar.extrauagātis cessaree de qua Cy. mētionē facit i.d.l.quisqs.

1 ¶ Opem ferens delicto teneri potest licet non obligetur principalis.

a ¶ Verū. Ad ma 1 **Item placuit.** †Opē ferēs delicto teneri
tenā huius.l.vi- pōt ⁊ non obligeē principa
de matheſil.not. lis.h.d. Et sic opem ferēs hic punit ⁊ nō principalis.sic in.l.
cij.inci.nota vnū qua actione.ff.celsus.ver.quēadmodū.ff.ad.l.aquil.quādoq̄
cuius solent ⁊c. punit grauius:vt.ff.l.proxi. Et hoc intellige qñ principalis
Item vide i ista ex delicto saltem est naturaliter obligat⁹ vt hic. Si autē nec
materia que di- naturaliter nec ciuiliter:tūc si delictū stat in nomine iuris seu
cit excellēs dom. iuris sortit effectū si nomine illud in principali deest nō te-
Jaſ.in.l.ne.ff.ne quis netur fautor.tex.est in.l.si is qui.ff.si titiū.ff.eo. Sed si delictū
eī qui.vbi gs da cōsummat solo facto nec sortit iuris effectū tūc tenet fautor
bat operā a pnci licet nō teneat principalis:vt.d.ver.quemad.⁊ est text.in.l.si
pio rei licite ⁊ bo quis id quod.ff.si.de iurisd.om.iudi.
no aio faciebat ⁊
tñ si malū sequa- **Itē pomponius.** Sollicitās seruū vt
tur ipse tenet. vi- 2 fugiat ⁊ furtū cōmit
de per eum. tat furto commisso per eum tenetur.h.d. Fuit ergo hic commissum furtum regulare ⁊ ideo non ob.principium huius legis vt ibi dixit.

1 ¶ Furtū si cōmittit per plures anvnus teneat pro altero.
2 Clausula sibyllina adinuicem auxilium ⁊ fauorem prestantes quid operatur.
3 Libellus contra duo accusatos de duobus vulneribus ⁊qui libet de suo quomodo formatur.

1 **Si duo.** †Si per plures furtū irregulare cōmittit nullus alter⁹ nomine tenet vt opē ferēs secus si furtū regulare cōmittat vtvicissim sibi opē ferāt. h. d. ¶ In text.ibi:alter alteri⁹ fur nō est:q; nullus alterū cōtractant ⁊ solū furtū regulare cōmissum inuenit in quolibet ipsorū. ¶ In tex.ibi:quēadmodū si altū.scz extranei. ¶ In text. ibi:singulos scz seruos. ¶ In tex.ibi:teneant scz ipsi extranei vel ipsi serui inuicē opē ferētes dictis extraneis subtrahē
2 tibus eos quasi alter alterius nomine. ¶ † Est ergo hic casus in terminis q⁹ duo simul delinquentes sibi inuicē ⁊ vicissim pstare possunt auxiliū ⁊ fauorē ⁊ sic quilibet eorū puniet vt principalis ⁊ etiā vt opē ferēs. Et est verū qñ in quolibet pdictorū sunt maleficia distincta ⁊ separata secus autē si per oēs esset cōmissum vnū delictū numero vt puta vnū furtū vel homicidiū:q; tūc cū quilibet puniat vt principalis:vt.l.item mela.ff.si plures.ad.l.aquil.impossibile est de eodē vt accessorū puniri:q; pncipalitas ⁊ accessio respectu eiusdē idiuidui nō cadit in eodē:vt.l.heres a debitore.ff.l.generaliter.ff.de fideiuſ. ¶ † Subdit autē Bar.qō si duo accusant;de duobus vulneribus quilibet de suo ⁊ subnectit qō inuicē sibi prestiterint auxiliū ⁊ fauorē nō pcedit libellus respectu auxiliū ⁊ fauoris:q; possibile est qō quilibet alteri prestitit auxiliū per suā percussionē quā fecit de qua percussione ⁊ vulnere cū puniat vt principalis nō est possibile vt puniat vt opē ferens. Sed suo dicto ob.q; act⁹ sui vulneris ⁊ percussiōis fuit ordinatus sm̄ pposita in accusatione ad duos distinctos separatos ⁊ sequestratos effect⁹ inter se cōtingētia nullā habētes. Primo ad scissionē cutis factā per ipsum vulnerantē. Secōo ad scissionē cutis factā per sociū vulnerātis. Cū igit ex vno facto resultēt plura crimina plures tituli criminis plures agēdi forme nō video cur de illo eodē vulnere due pene sibi nō possint inferre sicut dicimus in eo qui simul cōmisit adulte-

b ¶ Carcerat⁹. Ad de Ang.in.l.ff. de effracto.

rium cū incestu vel etiā rapuit cultellū de manu alterius cum sanguinis effusione vt no.idē Bar.ff.de accu.l.senatus. Non tñ nego quin alia forma libelli de qua ipse dicit si tutior.

Si pauonem. In ff.gl.sciebam tñ
aliuz subtractorum alias nō teneretur furti:vt.ff.e.l.in furti.ff.i.no.gl. ff.l.proxi.ff.si alius.in verbo iuasit.⁊ videbis in d.ff.i.no.ff.eo.verum.

Mater. Hoc ideo quia filj⁹ non tenetur opera
ri matri licet ei debeat reuerentiā:vt vidistis.ff.l.eum qui.ff.si filius.

1 ¶ Rapiens meretricem etiā effractis foribꝰ domus sue non tenetur furti si res meretricis per alios capte sint.
2 Animus ⁊ propositum distinguunt maleficia.
3 Delinquens preter propositum quomodo puniatur.
4 Delicti causa principalis inspicienda est.
5 Ciuilis actio cōpetit pro delictovbicūq; cōpetit criminalis.
6 Meretricem nuptam vel viduam carnaliter cognoscēs punitur pena adulterij.
7 Verbum fregerit importat violentiam.
8 Carcerat⁹ exiēs de carcerib⁹ inuēto ostio apto quo puniat.
9 Damnū qui dat frangendo ostia alterius tenetur.l.aquilia.
10 Pax non intelligitur rupta inimico per actum libidinis.
11 Interpretatio in dubio fit delinquētem in duriorē partem.
12 Mulierem alienam detinens inuitam an sit infamis.

a **Verum.** †Rapiēs meretricē etiā effractis foribꝰ domus sue ⁊ etiā si ea
1 dem occultata fuerit nec furti nec fauia tenet:⁊ si per alios res meretricis subtracte fuerint licet illi
2 furti teneant non tamē rapiens.h.d. † Allegat qō animus ⁊ propositū distinguūt maleficia ⁊ iste punctus examinabitur
3 vobis plene.ff.de fica.l.diuus.vbi alij ⁊ Bar.ponunt. † Secūdo allegatur qō vbi preter propositū inciditur in aliam speciem delicti non tenet quis de illa alia.secus aūt si in eadem incideret:vt.ff.eo.l.vulgaris.ff.si quis heres.vel vbi delictum cōmissum scōm propositum de sui natura ordinari potuerit ad illud.sic intelligit.ff.eo.qui seruo.ff.plus pompo.⁊.C.ad
4 l.iul.de vi.l.quoniā multa facino.⁊a. † Tertio allegatur qō inspicitur causa principalis delinquēdi.sed tunc ob.ff.de condi.ob tur.causam.l.iij.ff.sed qō meretrici.⁊ in glo.que hāc signat pro cōtraria dic vt ibi dixi i reportationibꝰ meis. † In
5 tex.ibi:nec enim furtū querit hoc verū respectu dñi;vt querelare nō possit de violētia illata ancille sue tanq̄ de iniuria sibi facta sed vt de iniuria ipsi meretrici per actū rapine facta forsan poterit querelare ff. Ja.de are. Alij dicūt qō etiā violentia ⁊ raptus in meretrice non sunt actus ad finē libidinis ordinati.p his facit.ff.de iniur.l.aduladeone.ff.si quis virgines. Ray.dixit qō agi nō potest ciuiliter vt hic vllo modo sed criminaliter sic pro dicto crimine violētie qō non placet: q; non est dare delictū pro quo cōpetat criminalis quin.etiā cōpetat ciuilis.C.de fal.l.qui in nomine. Tene ergo precedē
6 tem quā tenet Bar. † sed adde q; si meretrix esset nupta amplexus i ea reprobant:vt.l.que adulteriū.C.de adul.⁊ eo.ti.l.si in ea. Caueant igit fornicātes a meretricū nuptarū ample xu cū eas nuptas sciūt. Idē si fuisset soluta:q; diuerterat itē dens meretricio more viuere. Casus est in.l.si mulier.C.de adul.tene mēti.⁊ vide ad predicta qō habes.C.de rap.vir.l.i.
7 vbi p Cy. ¶ † Sequit i litera forea meretricis effregerit hoc verbū fregerit de sui natura violentiā importat vt hic.ff.de
8 effrac.l.i.ff.ad.l.aquil.l.ij. † Carceratus digit exiens de carce
b ribus eo qō inuenit apertū ostiū nō puniet pena effracti carceris sed eu⁹ soris vnde erit arbitraria:vt.ff.de pe.l.hodie. facit qō no.C.de custo.reo.l.pe.in fin. ¶ † Sequit i litera furti
9 nō teneri.teneť tñ aquilia qñ ita frangēdo ostia causaz dāni dedit qñ eo culpa negari nō pōt que licet sit leuissima venit tñ in aquilia:vt.ff.ad.l.aquil.q occidit.ff.pe. ¶ In litera facti ignominia cōpensat.cōcor.sunt in glo. Et not.nō modicā penā esse infamiā facti que icurrit apud bonos ⁊ graues.cōcor.C.de infami.ea que.⁊ ipsius infamie duplex effect⁹ est vt ibi no.in glo.⁊.ff.de infa.l.i. ¶ Ultimo subdit Bar.hāc.l.allegari ad tria. ¶ † Primo qō per actū libidinis nō itelligit
10 rupta pax inimico qō itelige qñ cōstat solū ad finē libidinis ad hūc actū fuisse.pcessuz alias degenerat presumptio ⁊tra
11 libidinē facientē ⁊ ad istud adde arg.C.de fica.l.i. † vbi enim actus ad plura delicta se habere potest odio deliquētis sem per fit interpretatio contra eū in parte duriorē vt plene no.p Dy.in.c.in ob scuris.⁊ de re.in.i.vj. ¶ Secūdo allegatur qō
12 cōmittēs furtū nō rupit pacem in hoc sto cū Bar. ¶ † Tertio qō detinēs liberā mulierē inuitā non incurrit infamiam. ⁊ credo eum intelligere cum detinet causa libidinis. sed eius dicto

dicto videtur cōtra.ff.de plagia.l.pe.iuxta fi.⁊ in fi. ¶ In gl. i.ibi:solue.ibi:nō in meretrice.⁊ eo modo solue.ff.de iuiurijs. l.si stuprum.⁊ hanc legem allegaui tibi.ff.de prīna.delic.l.nū quā plura.dic vt ibi.

1 ¶ Furtum solus vsus committit abutens re commodata ⁊ punitur in duplo estimationis vsus tantum.

a **Quiumenta.** a † Abutēs re cōmodata cōmittit furtū. h.d. Et cōclude qō facit furtū vsus nō ipsius rei. ⁊ hāc opi. Azo hic tenet tanq̄ benigniorē ⁊ ideo debet duplari solū estimatio vsus nō autē pprietatis rei cū circa illam lucrandā nullus fuerit cōmissus affectus ergo ⁊c. vt.ff.eo.l.vulgaris.ff.si quis heres.cum seq. Et q; delicti commissi circa rem pena non debet egredi rem:vt.l.rescriptum. de his quibus vt indig.facit ad hoc insti.eo.in prin.⁊ quod no.per Cy.C.de seruis fugi.l.i.in.ff.q.

Si quis cum. Pro furto facto exi
ēti apud hostes cō
petit furti actio.h.d.contra videbaē vt in gl.⁊ nō soluit dicam in ea. ¶ In glo.in verbo actionē.sed solue qō fictio postliminij tollit cōtrarium que fingit captus teneri sum semper in ciuitate fuisse. Nec ob.finis huius legis: quis ibi veritatem respicit legislator hic autem fictionem.

Arrogatorem. In arrogatorē transit actio
furti que cōpetebat antea arrogato.h.d. Et sic in vniuersalē successorē transeunt actiones etiā cōpetētes ex delicto que ad rē familiarē cōpetunt ⁊ ideo homine confiscato in fiscum transibunt etiā tales actiones tene menti.concor.ff.de iudi.l.tam ex contractibus.

1 ¶ Furti actio durat ponec fur viuit.

1 **Quandiu.** † Donec fur viuit actio furti durat. h.d. Et no.qz gl.dicit vsq; ad annos triginta.sed olim erat perpetua tene mēti. Jus autem accusandi criminaliter durat annis.xx. Jus autē inquirendi eo casu quo inquiri potest de crimine durat annis.xxx.vt.C.de fal.l.querelā.⁊ ibi per gl. Quedā tamē crimina sunt de quibꝰ tanto tempore cognosci non potest vt ibidē not. ¶ In text. ibi:aut alieni iuris esse ratione dominij nō autem intelligas ratione patrie potestatis:vt.C.eo.l.apud antiquos.in fi.instituta.de noxa.in fi.titu. que sunt contra.

Si quis post noxā. Actio
furti nata cōtra furē propter captiuitatem extinguit ⁊re nascitur captiuitate finita.h.d. Ratio est:q; fingitur non extincta propter fictionem postliminij ipsa autem fictione cessante actio semel extincta non posset renasci:vt.ff. de sol.l.qui res.ff.aream.vidistis.ff.de ver.obli.l.inter stipulantem.ff.sacram.

Si seruus. Pro furto facto in naui p
seruuz exercentē dominus de peculio cōuenitur:pro furto vero eiusdem serui tenetur noxaliter ⁊ eo manumisso tenetur intra annum nisi promissio facta fuerit in fraudem.h.d. Et hec
b lex allegatur contra nō qō actio est vulgaris formula b qⁿ an fit verum dic vt no.per Dy.institu.de act.in prin.per Bart. hic. Nihil addo.

1 ¶ Furtum facit simulans se esse illum cui debet pecunia.
2 Furtum cōmittit falsus creditor sciēter recipiēdo indebitū.

1 **Falsus creditor.** † Simulās se
esse illū cui debetur pecunia furtū facit.h.d.vel sic. Cū debitor labit i psonā recipiētis solutionē dominij pecunie nō trāsfert ⁊ recipiens furtum facit.h.d.concor.ff.eo.l.si quis vxori.ff.cū titio.⁊.l.si is qui rē.ff.si titiū.⁊ istud est verū scōm oēs. ¶ In gl.i.ibi:videť eñ sub quadam cōditione solutū qō Bar.limitat.⁊ est opi.sua qñ falsus creditor induxit ad credēdū qō debitor esset:⁊ tūc dicit habere locū hanc legē ad credēdū qō debitor esset:⁊ tūc dicit habere locū hanc legē vt recipiēs furtū cōmittat.sic intelligit.l.qñ.ff.de cōdi.furti. alias autē dicit falsum creditorē recipientē indebitū nunq̄ furtum cōmittere quasi simpliciter ⁊ pure in eū sit trāslatum dominiū pecunie. Sed nunq̄ placuit mihi tanta restrictio ⁊
2 est cōtra mentē dicte.l.quoniā.⁊ contra.ff.si is.ff.ea.l.ff.respō. † Unde cōclude qō falsus creditor sciēter recipiēdo indebitū cōtinuo furtū cōmittit nec transfert in euz dominiū pecunie vt hic.⁊in iurib⁹ superius alle. Ratio est:quia tradēs tradit pecuniā vt debitā recipiens eā recipit vt indebitā vnde sunt discordes in causa:q; recipiēs non vult sibi acquiri dominiū ex causa iusta ex qua fit traditio sed ex reprobata ⁊ non habili ad translationem dominij vnde cum sibi dominium nō acquiratur nec tradēti aufertur ⁊ ideo indistincte furtum cō

mittit. Non habes alia. Titulus ergo de cōdictione indebiti.tūc vendicat sibi locum quando recipiens bona fide recepit. Nec ob.qō error in causa traditionis impedit translationem dominij:vt.l.cū in corpus.ff.de acquiren.rerū domi.qz illud verum qñ vtraq̄ causa est habilis ad dominū translationem alias secus ⁊ maxime vbi non est habilis secundus intentionem recipientis:vt.ff.si cer.pe.l.si ego.ver.nā si ego.⁊ seq.⁊ facit.ff.eo.l.si iussu.ff.si.

1 ¶ Furtum facit falsus procurator debitum veri creditoris recipiens.
2 Furtum vsus committit falsus procurator recipiens pecuniam creditoris.
3 Furtū solius vsus cōmittit quis non vtendo re vt debet.

1 **Falsus procurator.** c † Falsus procu
c rator debitum veri creditoris recipiens furtū facit pecuniā cōtractando:tūc enī eius dominiū nō transfert in ipsum.h.d.⁊ cessat omne cōtrariū. Et cōclude qō cū procurator falso simplici pecunia debita creditori vero soluit per errorē:q; falsus est eo qō solutens labit in personā eius scōm omnes non transfert in eū dominiū pecunie per consequēs furtū cōmittit scōm oēs. casus est hic secundū vnū intellectū vt.d.ff.cū a titiū. Sed quando est falsus hoc solo respectu q; nunq̄ habuit mādatum aliquod:tūc solutio est facta sibi vt dominiū nō trāsferatur in eū ⁊ cōstet ⁊ similiter secūdū oēs:q; nō transfert dominiū cōtractando pecuniā furtū facit secundū omnes vt hic secundū aliū intellectū ⁊ bene. Sed vbi de animo ⁊ intentione solutis nō constat vel etiā nō apparet vel forsitā etiā solutis nō cogitanit secundū qō cōtingit vt plurimū:⁊ tūc cōmunis opi est qō in eū intelligāt dominiū translatū in hoc casu dubij vt no.in.l.si procuratori falso.de cōdi.ob causam.⁊.l.falsus. C.eo.⁊ hanc opi.secuti fuerūt Dy.⁊ Ray. Bar.dixit oppositū:q; imo videť tradita procuratori vt soluentē faciat liberari vel ratā solutionē habere per creditorem verū ⁊ ideo si recipiens pecuniā nō cōtractat ⁊ dñs ratū nō habet pecunia ex tans vendicat per ipsum soluentē si est cōsumpta bona fide cōsumptur cōdictione ob causam.sic intelligit.d.l.si procuratori.in ver.nō eñ. Si autē cōtractat pecuniā cōuenit furti ⁊ per cōsequēs omni alia cōdictione sic intelligit finis.d.l.si procurator.⁊.C.eo.falsus. ¶ In tex.ibi:nullo modo ⁊ sic patet qō opi. Bar.quā ponit in.l.si procuratori falso.disputationis gratia nō est vera dū dicit qō procurator falsus in quē transfert dominiū pecunie secundū tradētis ppositū cōmittit furtū etiā tē pore traditionis in pūcto ⁊ ex illo furto tenet furti.ideo modo falsat opi. Adar.sed post traditionis punctum cū dñs sit perfecte nō tenet furti sic intelligat hic.ff.⁊.d.l.falsus.tex.eñ hic dicit nullo modo ⁊ sic cōtradicit ei.⁊ q; punct⁹ traditionis nō est separabilis pūcto acquisitiōis dominij:vt.l.in traditionib⁹.C.de pac.⁊ qz in pūcto traditiōis nulla sit cōtractatio ⁊tpe sequētis ⁊tractatiōis procurator inuenit se dñm ergo nō pōt furtū cōmittere. Nec est verū qō dicit inuito tradēte procuratorē acqrere dominiū est eñ directo cōtra casum istius tex.dū dicit volūtatē dñi eos accipiēdo. † Ego autē sustētando. Adar.dico qō procu.falsus est simpliciter recipiēdo pecuniā
b debitā nō secuta ratihabitiōe per dñm cōtractādo pecuniā cuius dominiū in eū translatū est cōmittit furtū nō dico pecunie nec hoc dixit Adar.si cōmittit furtū vsus hec eñ stant simul.exēplū si pater sum cū procuratore in quē trāstulit dñiū q; incōtinēti pecuniā portet ad dñm cui tenebat sub vsuris vel ad diē sub pena interest eñ mea recipiēte nō abuti ⁊ observare.l.quā apposui in traditiōe:vt.l.in traditionib⁹.ff.de pac.videor igit quodāmodo mihi quoddā ius in pecunia reseruasse ppter qō agere possum furti cōtra eū non tñ agā cō
c dictione furtiua:q; nō dñs. ¶ † In gl.inverbo furtū facere
d ibi habet locū cōdi.inde.hoc verū si indebitū fuit solutū sed si debitū tūc ex quo dñs nō habet ratū nec procurator falsus pecuniā cōtractauit cōuenit cōdictione ob causam si trā pecuniā cōsumpsit nō mala fide ⁊ sic translatū est p cōsumptionem in eum dominiū non per traditionem primitiuam.iste est verus intellectus dicti ver.non enim.

1 ¶ Furtum committit tur etiam non tangendo rem.

Sed si is qui. Accipiens scienter indebitus
d ver delegatum presentem fur
tum committit secus si per absentem.h.d.hoc declarat dixi in prin.l. † Et no.hic singulare casum in quo qui rem nō attingit vllo modo fur est furtum committit.⁊ est vtile pro limitatione.l.is qui opem.ff.eo. Et no.singulariter istuz tex pro ampliatione.l.singularia.ff.eo.

Si qs nihil. Cōstituēs se debitorē recipiens
pecuniam velut locuples cū sit

a ¶ Qui iumenta. Ad istā legem facit qō dicit Bal. in.l.i.in.iij. colū. versi.quero quid de erroze.C.de ser.fugiti.

c ¶ Falsus procurator. Jste. ff. videtur esse contra opin.Adarti. de qua late p Ang. in.l.vli fine.i pn. ff.rem ratā habe. vbi late pōit materiam.

d ¶ Furtum facere. Adde qō etiā cōmittit furtum solius vsus.f. non vtēdo vt debet.l. qui furtum.ff.de cōdi.furti.que est bona lex ad hoc.

b ¶ Formula. An autē ista formula hodie sit sublata dic qō nō vt p.o. Jaſ.insti.de acti. in prin.in.vij.col. in prin.post bar. in.l.i.C.de formu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pauper mentiť furtū autē nō cōmittit.h.d. Ratio est: qz ex qua causa tradēs vult trāsferre dñium ex eadē recipiēs vult in se trāsferri ergo impossibile est furtū cōmitti cū dominiū sit trāslatū. z sic nō ob. prin. huj⁹. l. Vel dic qō ibi fuit errarū in substātia corporis hic autē in qualitate. z no. hāc. l. que limitat. l. fi quasi. ŝ. de pig. act. ¶ In tex. ibi: z ideo furti nō tenetur. nō ob. ŝ. de acqui. pos. l. qō meo. ĵ. fi a furioso. qz ibi errabāt in tali qualitate que circūscribebat cōsensum recipientis z ideo dñium transferť. ¶ In tex. ibi: aduersus eū actio. scz spālis. Ray. z qño possit esse qō nō sit spālis dic vt in gl.

1 ☞ Furtum nō conmittit tollens iacens in terra quod nullius est idem si sit alicuius si eam inuenit sine custode.

2 Inueniens rem alienā z non restituens committit furtum.

3 Furti accusatio vel inquisitio quomodo formatur.

a ¶ Qui alienum. Lōcordat. c. fi. gd inueniśti. xiij. q. v. no. in. c. qz frustra. de vsur. vide Danor. in. c. qz sepe. in vlti. notabili. de resti. spo. z in. c. oudum. in viij. col. de elec.

Qui alienū. [a] †Tollēs iacēs in terra: qō nulli⁹ habeat. h.d. Idē si sit alteri⁹ nec habeat animū cōtractādi etiā si petat inuētionis preciū. h.d. vsqz ad. ĵ. fi quispō te. † Loquiť ergo iste. ĵ. in mercatore cui cecidit valixia plena florenis quā iacentē in terra quidā recollegit vnde recollegēs tenet furti licet nesciat cui⁹ fuerit valixia z preciū inuentionis recolligēs repetere pōt lz parū. pbet. Dictū mos petēdi inoleuit z maxime inuenientib⁹ animalia oberrata que per plateas quotidie banniunť. Si vero mercator valixiam peciisset necessitate cōpulsus vt meli⁹ fugeret cū. a latrūculis fugarek: tūc idē dicas qō in casu precedēti saluo nisi dilanniasset valixiā ex preclim iactasset pecunias lz ad man⁹ illo rū nullaten⁹ venirēt. nā tūc alī inuētores nunq̄ tenenť furti: vt. ĵ. eo. ĵ. fi iactū. Sz si valixiā iactasset spōte: tūc derelinquit eū ex quo iactauit nulla necessitate cogēte z ió nullo casu in uētore facit furtū sed sibi illā acquirit vt habitā p derelicto vt ĵ. ĵ. pxi. z istud fit tibi p summario ↄcasu in terminis vsqz ad ĵ. etiā. ¶ In tex. ibi. nihil esť ad furtū muniendū. † No. quia sufficit qō in inquisitiōe dicat inquirēs qō talis traxit tot porcos cōtra voluntatē dñi dictor: porcorū. pcedit esť inquisitio lz null⁹ notatus existat. z ita fuit in Perusio. cōtradicto rio iudicio obtētū ↄtra quosdā suspēsos q furati fuerūt quosdā porcos dom⁹ sapientie. ¶ In tex. ibi: z si. nō. pbe. No. bene hūc tex. qui limitat oēs. ll. dicētes qō accipiēs pecuniā vt reddat suū soluenti illam tenek cōdictione ob turpē causam.

1 2 3

Etiam. Si res deueniat ad casū a quo non potest incipere in eo statu est. vide pro hoc qō habuistis. de verbo. obli. in. l. pluribus.

Si iussu. Falsus ꝓcurator recipiēs q vero creditori debetur furtum cōmittit. h.d. Dic vt vidistis. ŝ. eo. l. falsus. ĵ. falsus. ¶ In tex. ibi: debitoris errantis in persona recipientis z nihil obstabit z in hoc erit falsitas.

b ¶ Qui ergo occidit bannitū. vide Fely. in. c. q in ecclesiarū. colū. iij. de consti. Lepo. consi. vij. col. ij. 1

☞ Furtum committit qui recipit ab aliquo rem alienam vt suam recipientis.

Si rem. Recipiens rem tradētis vt eius cōmittit furtū licet tradens crediderit eam esse ei⁹ cui tradebat. h.d. in terminis z in summa vel sic. † Tradens propriā vt alienā nō transfert dñium z ideo sciēter recipiens furtū cōmittit. h.d. Lōcor. sunt in gl. Et recurre omnino ad gl. magistram. l. j. ŝ. de offi. procu. cesaris. vbi habes declaratum de procura. vero vendēte rem propriā vt oñi sui an trāsferat dominium z an possit impugnare contractum z an teneatur de euictione vic vt ibi.

Si seruus. Seruus pure liber testamento esse iussus subtrahēdo rē heredi etiā he reditate nō agnita tenek furti. h.d. Ratio patet in glo. ¶ In tex. ibi: manumissus scz pure. ¶ In tex. ibi: aduersus eū cōpetit scz adita hereditate: qz tunc liber factus est. z ideo litera dicit qō nullo tempore heres fuit dominus eius.

1 ☞ Furtum fit etiam per socium in re communi.

2 Libellus contra socium furantem rē cōmunē quo formatur.

1 **Si socius.** † Etiam rei ↄmunis fit furtū si ↄtrandi anim⁹ adfuit. hoc dicit. Tunc aūt dicitur contractādi animus adfuisse quando habens rem cōmunem p vsum

2 eius abstulit cōmoditatem socio. † Et iō fit cautus a duocatus in formando libellos z articulos. Nam si accusaretur socius qō subtraxit fructus nō. pcederet accusatio: qz presumeretur vsus iure proprio: vt. l. merito. ŝ. pro socio. Unde debet addere qō vsus fuit contra voluntatē eius auferendo eidem vsum z cōmoditatē partis cōtingentis eū. Et ita intellige q no. ŝ. de vsufru. l. arboribus. ĵ. nauis.

1 ☞ Manumissio similis est mortī quo ad subtrahendum manumissum a potestate domini.

Inter omnes. Etiam extincta re furtiua durat actio furti iā nata quinimo z furtiua ↄdictio si. absqz facto domini dñium sit extinctū. ¶ In text. ibi: nec esť ibi similis. † No. qō manumissio similis mortī est quo ad subtrahēdū manumissum a manu z potestate dñi. z. h. d. tex. iste. Et quo ad hoc vt seruo manumisso per aliū quā per debitorem extinguat actio ↄtra eū si in nulla mora fuit: vt. l. inter stipulantē. ĵ. sacram. de verbo. obli. z. ŝ. de solu. l. si alienū. Assimilatur etiam z non assimilat in aliquibus alīs de quibus hic in glo. z bene. ¶ Sequitur in litera aliqua ratione extincta sine facto dñi. z sic cessat contrariū de. l. si seruus. ŝ. de cōdi. furti. z hoc tenet glo. hec in verbo furti z bene. ¶ Sequitur in litera posse furti agi. z etiam condictione furtiua: qz sine facto domini desīt interesse z cessat omne contrariū. ¶ In gl. iij. in fi. z eo modo solue. ĵ. eo. qō in iure. ĵ. fi seruus. licet ibi aliter no. z male. ¶ Itē nō ob. ĵ. eo. l. fi quis ꝓxi. ĵ. fi. qz ibi facto testatoris desīt res subtracta esse heredis merito nō ↄpetit furtiua ↄdictio: qz factū testatoris heredis reputat z sic heredis facto itelligitur ab eo dominū recessisse.

2 3

Si seruus. Pio furto rei subtracte dño z fructuario ↄpetit furti actio. h.d. ¶ In tex. ibi: diuidit enim actio. i. agendi cōmodū cū istis cōpetāt actiones ad diuersa: vt. ŝ. de tute. z ratio. distra. l. cum tutor. z probatio. ĵ. ĵ. proxi. hec autem actio. In tex. ibi: non esse furreptam. de hoc plene. C. eo. l. fi. ĵ. tales.

Hec actio. Actio furti ↄpetit vsurario credito ri z debitori quatenus eorū interest z non vltra z transactio vnius non preiudicat alīs. h.d. Nō igitur sunt plures rei debendi.

1 ☞ Ignorantiam allegare licet in delictis ad commodum delinquentis.

2 Bannitum qui occidit ignorās fore bannitum an puniatur vel premiabitur.

3 Furtum an committat credens dominum rei non contradicentem contractationi.

4 Furtum an ↄmittat ducens equum longius quam ei fuerit concessum si credebat dominum equi permissurum.

5 Furtum passo an sit credendum in preiudicium fisci.

Recte. † In delictis lz allegare ignorātiā ad ↄmodū delinquētis. h.d. Et itellige ad excusandum allegantē a pena non aūt vt premium consequat. ŝ. ad

2 fille. in graui. de cōdi. z demon. l. ij. † qui ergo occidit bannitum⁵ quem ignorabat fore bannitū nō punit quoniā inspicitur veritas nō opi. que tendebat ad criminis exclusionē nō tū gaudebit premio capientis bannitū: qz premiū debet subditione qua impleri oportet nō facto: vt. d. l. ij. z ita vidi iudicari Perusij ℨ quendā qui cepit rebellē z nō credebat eū fore rebellē: qz nō fuit admissus ad ꝓmiū. Quidā tū dicebāt ℨium eo qō illā cōditionē impleri erat valde difficile vnde

3 fusciebat qualitercunqz esset impleta. Et si esset verū etiā si balistarius in ↄcertatione multoꝝ occideret rebellē incogni tū prem⁹o gauderet. ¶ † In tex. ibi: siue falsum etiā iniustissima ratiōe motus dūmodo hoc constet: qz tūc nō pōt cōgrue diffinitio furti ex quo tollens nō habuit animū lucrandi. Ubi aūt constat qō animū habuit lucrādi nō est locus cōiecture sed sine dubio furtū committit nec est cōiecture locus. Sinauté dubitāt an habuit animū furādi vel nō. gl. hic dubitauit z vī inclinare qō nō cōmittatur furtū sed tollēs alia teneāt actione. ℨium no. insti. de ob. que ex delic. ĵ. placuit. l fi. z. ĵ. eo. l. q vas. ĵ. vetare. Pōt dici qō si tollens rē habuit a principio in vsu cōcurrēte animū dñi credendū sit sibi qō

4 animo furti nō fecit lz longiori tēpore vsus sit † exemplū in cōmodatario equi p duob⁹ diebus q forsan retinuit eū. gr. vel vt duceret ad villā. vnxit eū lōgius nō dico ad bellū. sed si nō habuit animū dñi ↄcurrēte tūc in dubio ꝓsumit habuisse animū subtrahēdi nisi illa presumptio tollat p alias presumptiones vehemētiores de quib⁹ est probandū z articulandū. z ita intelligo hāc gl. z hoc totū credo iudicis arbitrio re

5 linquēdū. ar. l. ait ꝓtor. de iure deliberā. † licet ergo furtū passus ↄparet corā curia z dicat sui volūtate diffamatū fecisse nō releuabit eū a pena: qz nō est sue cōfessioni stādū in preiudiciū fisci ℨm Bart. lz Jac. bu. disputaunt ℨium. tene Bart. cui adde qz si dicit furtū factū ei cui est gloria ignoscēdi z nō reputādi ad iniuriā rapinā vel furtū qō stādū est assertioni eius ℨm Ja. de are. per. l. si quis in hoc genus. de epis. z cle. lz illud de ↄsuetudine nō seruak. Sequit in litera. q pōp. z ma le. ¶ Sequit in litera ne furto fit obligat⁹ inspecta veritate nō opinione ei cōtraria nō habes alia. ¶ In gl. magna ibi: vel verius. hec solutio falsa est vt probat i. d. ŝ. item placuit.

¶ In eadem

¶ In eadem ibi: vt alia actiō teneak scz forsan ex cōtractu intercessit. z est glo. clara. Et vltimo dicas quod vbi precedit denunciatio ne quis vtatur semper vtēs intelligitur vti animo furandi si res pertinebat ad protestantem. argu. l. si fundum. de rei vendica.

Si furtiua. In text. ibi: cōpetit alia furti actio quia ex quo ad dominū fuit reuersa z iterum subtrahitur nouum affertur preiudicium ex contractatione noua vnde nō immerito alia furti actio nascitur vt vidistis in. l. vulgaris. z. l. ei qui furti. ŝ. eo.

1 ☞ Furtum an committatur toties quoties res cōtractat z de loco ad locum transfertur.

2 Furtum an committatur ratione mutationis territorij.

3 Compromissum dicitur nouum quando duobus arbitris discordantibus assumitur tertius.

4 Furti actio ↄpetit ei q aliqñ fuit in possessiōe rei subtracte.

Si dominiū. † Mutatiōe dominij noua furti actio nasci

1 tur ex continuata contractatione. h.d. † Et dixit Bar. [a] eadē ratione mutatione territorij z nō vidit plus. Facit. ŝ. de statu homi. l. q furere. vbi equiparat dominiū territorio seu iurisdictioni. Et illud vidi obseruari per plures accessores z obseruātia est vtilis reipublice tñ hec sua opi. de rigore cōiter reprobak. Mā si per mutationē territorij in contractatione cōtinuatā cōmitteretur nouū furtū varia ri posset ex mutatione locoꝝ etiā furti qualitas. Et sic respectuvni⁹ loci esset fur manifest⁹ si ibidē esset deprehēsus z respectu alterius nō qō est falsum: vt. ŝ. eo. l. iij. ĵ. fi. cū trib⁹ sequētib⁹. nisi sustineas Bar. qō inter medios furis conditio mutata fuerit vt de seruo liber factus in itinere vel nisi dicas qō in furti initio furti actio nō est nata vt in dictis iurib⁹ vel qz in ipso initio fur fuit ꝓpositi vt alīū territorij trāsferret sue securitatis cā. exēplū pone in furāte in. l finib⁹ Bononie. vt trāsferat se Ferrariā ibidē esse maleficium consummatur vnde ibi poterit puniri vt dictis iurib⁹. Et pro his trib⁹ casibus

